

Nimis subtilitas in scriptura lucem non habet.

nostrum omnino comprehendere non possunt, quia, vt idem David ait Psal. 138. 6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confotata est, & non potero ad eam.* Legi hanc interpretationem apud Lanfrancum in disputatione aduersus Berengarium, eoq; sensu Leo hunc locum citat serm. de passion. Domini 18. refertque, & non improbat D. Thomas. Hæc omnia probabilia vel soli auctores faciunt. Illud vero non probabile, sed ridiculum profecto est, quod apud subtilem quandam interpretem inuenio, lucem res diuinas, tenebras res sensibiles esse, in quibus lux quidem diuina lucet, sed tenebræ eam non comprehenderunt, quia non possunt sensitiuæ potentie cognitionem rerum intelligibilem attingere. Apagelis à sanctissimis adytis scripturarum istam subtilitatem. Interpretis honori parco, leſto-rem tamen admoneo, ne istis delectetur argutiis. Nihil futilius, nihil minus dignum esse sacrarum litterarum maiestate, quam in his exponendis imprudenter abuti ingenii subtilitate. Facilis sensus, quam August. Beda, Rupertus, Euthym. Bernard. libr. 5. de considerat. attingunt. Lucem vocat Christum, eiusque doctrinam, de qua proximus verbus dixerat, *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Tenebras homines, qui in peccatis, id est in tenebris erant, sicut D. Paulus ait, *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Dominis* Eph. 5. 8. Docet igitur Euangelista, quid Christus fecerit, quidque potuerit, ac voluerit: & quid homines facere noluerint. Christus natura sua lux erat, bonitate vero sua omnes proflus homines volebat illuminare, homines autem malitia sua oblatam ab eo lucem recipere noluerunt. Hoc est, *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt.* Hunc esse verum sensum sequentibus apparet. Quod enim hic dicitur *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt*, dicit verba. 10. & 11. *In mundo erat, & mundum per ipsum factus est, & mundum eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt.* & c. 3. 19. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Vnde intelligi potest, quod facile animo lectoris occurrit, quomodo dicat, *Lux in tenebris lucet.* Si enim lux in tenebris est, utique non lucet, & si lucet, utique non est in tenebris. Sic enim dictum est, *Lux in tenebris lucet*, quomodo si diceret, *lux tenebras illuminat*, eas dissipans, atque dissipens. Altera quoque soluitur quæstio, quomodo si lux in tenebris luxit, tenebræ eam non comprehendunt? Si enim in tenebris luxit, tenebræ illuminant, si illuminant tenebras, tenebræ eam comprehendunt. Quid enim est comprehendere, quemadmodum diximus, nisi illuminari, lucemque recipere? Non dicit Ioannes, *Lux in tenebris luxit, sed lucet*, id est lucem natura sua aptam esse, vt tenebras illuminet, omnem enim lucem in tenebris lucere solet. Itaque lucem hoc loco generaliter non solum pro Christo, sed pro omni omnino luce accipi posse puto. vt hypothesis ad thesım reuocetur, sensusque sit plenior, ac firmitior. Quasi à genere ad speciem, & à minori ad maius tacite argumentetur, ac dicat, *Cur lux omnis natura sua in tenebris lucere solet, eamque tenebræ facillè admittunt, & comprehendunt, tamen homines, qui erant tenebræ, Christum, qui multo verior, atque efficacior erat lux, admittere, & comprehendere noluerunt.*

¶ *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.* Nomen lector attentus non statim dubitat, qua ratione Euangelista de Ioanne nunc agit. Maior pars auctorum putant, cum de verbis diuinitate Euangelista dixisset, de quo eius aduentu in carnem paulo post dicturus esset, de eius prius præcursore Ioanne agere voluisse. Sic Chrysol. August. Theophyl. & vt videtur, Euthym. Cyrillus vero tanquam testem eorum, que

dicta essent, citari Ioannem putat, propterea dicit, *Ita venit in testimonium.* Si vtramque rationem coniungas, erit singulis probabilior. Nam quia Ioannes lex ante Christum mensis natus est, & aliquid priusquam ille baptizaret, atque docere cepit, antequam de Christi aduentu, & natiuitate agat, de Ioanne agit. Quemadmodum Lucas nisi quod multo copiosius, antequam de Christo dicere aggrediretur, de Ioanne dixit cap. 1. vt Euthymius adnotauit. Exet vtriusque comparatione confirmat, quod dictum erat, in verbo vitam, & veram hominum lucem fuisse. *Non erat, inquit, ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Probat Christum hominem fuisse, quia ante Ioannem luciferum habuit. Quod dicit *Fuit*, omnes quos legerit interpretet ad prædicationem referent, quasi tunc missus dicitur, cum prædicare cepit. Sed vberior mihi videtur, & veritatis magis congruens fore sententia, si ad primam eius conceptionem referatur. Missus enim à Deo Ioannes est, cum primum est in vtero conceptus. Propterea enim supra naturæ modum parentibus à Deo datus fuit, vt testimonium perhiberet de lumine, vt angelus apud Lucam docet. cap. 1. 14. 15. Itaque qui hoc loco quod Græce dicitur, *ἐπεὶ ἦν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου ἡμέρας ἐστὶν ἔχων*, vertent, exiit homo quidam missus Deo, rectè meca quidem sententia sensum expresserit. Non enim significant Græca verba missum à Deo fuisse, sed extitisse, aut natum fuisse hominem non casu, non naturalis propagatione, vt ceteros homines, sed datam, missumque diuinitus. Quemadmodum si Latine dicas, *natus est homo missus à Deo.* Si enim dicere voluisset missum tantum fuisse à Deo, non dixisset *ἐστὶν ἔχων*, sed *ἦν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου ἡμέρας ἐστὶν ἔχων*. Rectèque Cyrillus adnotauit Euangelistam de Christo dixisse *ἦν ἔχων*, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: de Ioanne autem dixisse *ἐστὶν ἔχων*, factus est, si Latine pateret sermo. Eadem ratione hominem appellauit, quasi verbo illum, de quo locutus fuerat, opponens, qui antequam caro fieret, non homo, sed Deus erat. Missum autem à Deo fuisse dicit, quo plus ponderis haberet eius, de quo statim dicturus erat, testimonium. Nomen expressit, & quia id ad fidem scribentis historiam pertinebat, & quia illud ipsum nomen testem commendabat, tum quod diuinitus per angelum datum esset Luc. 1. 13. vt Cyrillus. obseruauit. tum quod sono ipso, & significatione faustum haberetur, quia vt apud Lucam diximus, gratiosum hominem significat credidit, vt adnotat Alcuinus.

7. *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* Incipit personam Ioannis comparatione aliorum hominum extollere, comparatione verbi deprimere. Maior aliis, quia missus erat à Deo, quia ad præclarissimum officium filii Dei demonstrandi, & in mundum quodammodo introducendi. Hoc est, *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* Minor Christo hoc ipso, quod propter Christum veniebat, vt illi tanquam præco ministraret. Hoc est, *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* quod alii verbus Luc. 1. 17. angelus dixit. *Ipse præcedet ante eum in spiritu, & virtute Elie, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, paratè Domino plebè perficiam.* Quæstionem hic Chrysolomus commouet, quomodo Ioannes in testimonium venierit, cum Christus dicat Ioan. 5. 34. *Ego non ab homine testimonium accipio.* Respondet, non ideo in testimonium venisse, quod Christus, sed quod homines, vt Christo crederent, eius indigerent testimonio. Propterea ita tum addidisse, vt & Theophyl. & Euthym. obseruant, vt omnes

vt omnes

vt omnes crederent per illum. Citat Euangelista Iudeis A grauiusimum & gratiosissimum apud eos testem. Nam & Iudeus erat, & patre matreque nobilissimus, vtroque parente ex sacerdotali genere originem habente, & sanctitate vita etate celeberrimus, tantusque Propheta habebatur, vt Messias esse crederetur ver. 20. Hanc illis testem adducit. Huic si non credant, cui credent? Itaque Christus etiam ex eius alibi testimonio argumentatur Ioannis 5. 33. 34. *Vos missis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati, ego autem non ab homine testimonium accipio.* Nempe est Ioannes homo erat, tamen quia testis à Deo missus fuerat, eius testimonium non humanum, sed diuinum erat.

¶ *Vt omnes crederent per illum.* ¶ *G. 8. ad id ambiguum est.* nam si genus tantum, & Grammaticæ leges spectes, & ad Ioannem, & ad lumen referri potest. Itaque quidam ad lumen referunt hac adducti ratione, quod Ioannes non uenerit, vt omnes, sed vt soli Iudei, qui uenerit, vt omnes, per eum crederent. Nec iudicium, nec rationem probat. Nam & iudicium est singulare omnibus bonis auctoribus repugnantibus, & si ad lumen referretur, non diceret. *Vt omnes crederent per illum*, sed vt omnes in illum crederent. Et ratio illa, que illos mouit in interpretes, illud etiam afficeret, vt nec ad lumen, id est ad Christum referretur, nam nec per Christum omnes crederent, nec alius Christus, quam Iudeis prædicauit, quia non uenerat nisi ad omnes, que præterit dominus Iſrael. Declarat ergo Euangelista quod proximo dixerat verbo Ioannem in testimonium uenisse, docetque quid uolo illo testimonio efficere uoluerit, nempe vt omnes per illum, id est illius testimonio, atque prædicatione crederent in Christum. Sic Chrysolomus, Beda, Theophylactus, Euthymius. At non omnes per Ioannem crederent. Nec per Christum. Sed quemadmodum uoluntatis Christi erat, vt omnes omnino homines crederent, cum multa lux culpa credere noluerint: sic uolebat Ioannes, vt omnes suo testimonio in Christum crederent, quamuis non omnes crederint. Nec enim dicit, *quoniam non omnes crederint.* Iudeorum, sed *peccata mundi*, vt Theophylactus, & Euthym. respondent. Cur ergo solis Iudeis prædicauit? Eadem ratione qua Christus, quia Euangelium, & Messias non gentibus, sed Iudeis promissus fuerat, per quos alie gentes erant credituræ, *Salus enim ex Iudeis.* Ideoque nec Christus, nec eius præco Ioannes extra Iudæam prædicauit, nec ex alia gente quam Iudæorum Apostolos elegit. Sed de hac re copiosius Matth. 10. 4. & 15. 24. dixerimus.

8. *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Intelligendum est *ἦν ἔχων*, uenit uerbum, vt plena sit oratio, & absoluta sententia. Quia uenisse Ioannem dixerat, vt testimonium perhiberet de lumine, qui lumen ipse fuisse uidebatur rationem dicti reddidit, non fuisse ipsum lucem, sed ideo uenisse, vt testimonium perhiberet de lumine. Non solem, sed luciferum fuisse, qui solem post se oriuntum testatur, hominibus a factis in tenebris esse, solem uisum, longè maiorem, longè clariorē illo solem fuisse Christum. Sicbat Euangelista magnum Iudeos de Ioanne opinionem habuisse: ideo que eius comparatione docet, quantum fuerit Christus, ad quem Ioannes tenebræ erat, vt eos à Ioanne transferat ad Christum. Alia Chrysol. Theop. & Euthym. cur hoc Ioannes addiderit, rationem reddunt, ne, quia dixerat uenisse Ioannem, vt testimonium de Christo perhiberet, maior Christo putaretur, quod ita plerumque fieri solet, vt maior, ac fide dignior de minore testificetur. Nihil lectorem uarietas interpretationis moueat, quod uero loco lux, alio lumen ponitur. Eadem Græce vox est, quam nos

interpretes, vt alias sæpe solet, non alio puto consilio, quam vt similitudinis fastidium euitaret, nunc lumen, nunc lucem reddidit. Illud ad rem magis pertinet, quod Cyillus adnotuit, nomen lucis aut luminis Græce emphaticum articulum habere *ἦν ἔχων* ἡ *ἔχων*, id est, non erat ille lumen illud. Nam lumen quidem aliquod Ioannes erat. Erat enim *lucerna ardens, & lucens*, ipso etiam de illo Christo testante Ioan. 5. 35. sed aliud est lucerna, aliud solem, id est ipsum lumen esse, aliud natura sua, aliud alterius beneficio lucere. Denique hoc inter Christum, & Ioannem, cæterosque ueros sanctos discriminis est, de quibus dicitur Marth. 5. 14. *Vos estis lux mundi: quod dicit solem & lunam. Sol ex se ipso, luna non nisi ex sole lumen habet: de plenitudine enim eius uos omnes accipitis.* Si ergo Ioannes lux uera non erat, quomodo poterat ueram lucem ostendere, hoc est testimonium perhibere de lumine? quo modo poterat homines, vt ueram lucem cernerent, illuminare? Rectissime tra. 2. respondet August. oculos hominum fuisse secios, qui autem oculo sunt sancti, lumen solis in se ipso oriente cernere non possunt, in monte, qui eius radiis prius illustrari incipit, possunt. Non tantum bit lectorem uerborum Angustinus. *Magnum autem quod est ipse Ioannes, ingens meritum, magna gratia, magna celestudo. Mirare, plane, mirare, sed aliquam uisionem, mons autem in tenebris est, nisi luce uelustat. Ergo tantum ueram Ioannem, ut auctus, quid sequatur. Non erat ille lumen, ne si eum montem patres lumen esse, naufragium in monte facias, non solatium inuenias. Si autem debet mirari montem tanquam montem. Erige autem re ad illum, qui illuminat montem, qui ad hoc erectus est, ut prior radios excipiat, & oculis tuis facies nuntiet.*

9. *Erat lux uera, que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.* ¶ Explicat magis, ac magis Christi, & Ioannis comparationem, & declarat, quod superiore uersu dixerat, illum non fuisse lucem illam, id est ueram, qua illuminet omnes homines, uideatur uim articuli solem exponere, quod dixisset *ἦν ἔχων*, lux illa, quasi dicat, *Non erat ille lux illa, id est uera lux, lux enim uera erat, Christus.* Oratio elegantè imprefecta est. Dicit enim *erat lux uera*, & non dicit, *quod lux illa uera fuerit.* Nec enim sensus est fuisse lucem aliquam ueram, sed aliquem aliam præter Ioannem fuisse ueram lucem, nimirum Christum. Christus enim quamuis non nominetur, intelligitur eo ipso, & de illius, & Ioannis comparatione Euangelista loquebatur. Cur ergo non nominauit? quia maiorem uim, & gratiam habet oratio. Quo sensu hoc loco lux appellatur uera, à quibusdam disputari uideo. Aliquando, inquit, uerum opponitur falso, vt Ephel. 4. 25. *Disponentes in iudicium, loquimur in ueritate.* Aliquando figuræ, vt lux per Moysim data est, gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est, infra uer. 17. Aliquando ei, quod non est naturale, aut per se cuiusque modi ut Ioan. 5. 20. *Vt simus in uero filio uiu.* Quomodo hoc loco accipi putant. Ego quemadmodum nomen lucis non dicitur uere, & proprie de Christo, sed metaphorice, ita uero uera ista est, quam oculis corporeis certimus, qualis profecto non erat Christus, nisi uelimus cum Manichæis delirare, qui solem istum corporeum Christum esse dicebant, vt D. Augustinus. refert tra. 2. in Ioan. 34. Sed dicitur lux uera metonymicè, quia quod facit lux ista uera in corporibus, id uerius, atque perfectius ille in animis facit. Magis enim & uerius ille animam, quam sol corpus illuminat. Eodem profus modo, quo uis uera dicitur esse Ioannis. 15. 1. non quod uere & proprie uisus sit, sed quod uerius eos, qui in se credunt, quam uis pal-

Quod aliam inter Christi, sum, & facias.

Lux uera Christum ut uis uera, & cibus.

S

mites

mites nutriat, atque sustentet. Et cibus verus, non quod sit vere cibus cum non panem, sed verum corpus suum nobis cibum dederit, sed quod melius, ac verius animos nostros, quam verus iste cibus, quo vituntur corpora nutriat Ioan. 6. 55. Quo autem modo lux illa vera illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, duplex est quaestio, altera quo lumine, altera quo modo omnes, cum de quibusdam idem Ioannes dicat in tenebris adhuc esse, i. epist. c. 1. 9. 11. Nonnulli hoc de naturali rationis lumine intellexerunt: eo enim a Christo omnes illuminari, quia eius omnes luminis participes sunt, vt Cyril. lib. 1. 11. Ioan. c. 9. & Ianil in comment. in cap. 2. Genes. Quod quia minus probabile erat, haereticis placuit, non placitum, si consenserit tam bonis ac ad Coribus dictum fuisse. Sed minime dubium est de spiritali lumine intelligendum, de doctrina, de fide, de gratia, de vita illa, de qua dixerat, & vita erat lux hominum, vt Cyri. lib. 1. contra Iud. D. Aug. hoc loco, & lib. 4. de Trin. c. 2. multique aliis locis. Chryso. ft. Maxim. hom. 4. de Pascha, Beda, Theophyl. Euthym. interpretantur. Secundam quaestionem difficiliorem nobis Aug. reddidit. Is enim contra Pelagianos de praedestinatione disputans, vt suam opinionem defenderet, non omnibus gratiam dari, non omnes illuminari, saepe ita interpretatur hunc locum, quasi sensus non sit Christum aut vera omnes illuminasse, aut illuminare voluisse, sed neminem nisi per illum illuminari, aut ex omni genere hominum aliquos per illum illuminari lib. 1. de peccatorum merit. & remiss. cap. 25. & in Enchir. c. 103. De praedestinatione non disputo, tantum dico omnium Graecorum in hunc locum interpretationem multo magis mihi placere, illuminare omnem hominem quantum in ipso est, si qui non illuminantur, ideo non illuminari, quia recipere oblatum lumē non volunt. Arque hoc arbitror fuisse causam, quam obrem non dixit illuminavit, sed illuminat, non solum quia non tantum eos, qui fuerant, illuminauerat, sed eos etiam, qui tunc erant, illuminabat, eosque qui futuri erant, erat illuminaturus. sed quia saepe praesens tempus non efficitur, sed naturam, & vim solet significare, quemadmodum hunc ipsum locum exponit Maximus in hom. de sancto Eusebio Vercellensi, sicut paulo ante dixerat lux in tenebris lucet, id est natura sua apta est, vt in tenebris lucet, quamuis lucem illam veram tenebrae non comprehenderint. Nec minus, sed multo etiam melius atque facilius hac interpretatione, quam illa Augustini Pelagianorum error constat hinc colligitur, vt indicat idem Augustin. lib. 1. de peccatorum merit. cap. 25. infantes sine peccato originali nasci. Illuminat enim Christus omnes homines, quantum in se est, sed vt multos adultos, quia non volunt. ita infantes, quia non baptizantur, non illuminant. Per ipsum enim baptismum illuminat, qui dicitur quilibetque illuminatio, & à Graecis Theologis saepe, & à Dno Paulo aliquando vocatur Hebraeorum 6. 4. Illuminat quidem omnes, sed sicut solite accedentes ad se, infantes non nisi per baptismum accedunt. Prius surgendum, prius veniendum surge, inquit, illuminare Ierusalem Mai 6. 11. Et surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabis te Christus Ephe. 1. 14. Quod dicit, venientem in hunc mundum, notavit D. August. lib. 1. de peccator. mer. ca. 25. ita Graece dictum esse, vt & accusatiuus ad hominem, & nominatiuus ad lucem referri possit, sensusque sit lucem illam veram in hunc mundum venientem quasi orientem solem omnem hominem illuminare. Quem sensum Cyril. & alij quidam securi sunt, estque non falsus, non absurdus, sed mea sententia non proprius.

Quo Iohannes Christus illuminat.

Omnes quem modo illuminat.

Baptismus quilibetque Graecis.

Nam vt alia non esset ratio, nomen hominis proxime adhaerens iure sibi hoc participium vendicaret. Et Christus non solum in hunc mundum veniens, sed & postquam venit, & antequam veniret erat lux vera, qua illuminabat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et alia auctores omnes ita intellexerunt, vt non Christus veniens, sed Christus omnem hominem venientem in hunc mundum dicitur illuminasse, August. Chryso. ft. Beda, Theophyl. Euthym. Sed quaeri a multis solet, quare hominem in hunc mundum venientem dixerit potius, quam absolute, qui illuminat omnem hominem. Multae quaerit & redditae à multis sunt causae. Notus error Origenis, vt colligitur ex eius lib. de principiis 1. c. 3. & lib. 2. cap. 8. & testatur Epiphani. haer. 64. & Theophilus lib. 1. Paschali, & Methodius apud Epiphani. & Hieronymus in epistola ad Marcellinum, & Cyrillus hoc loco, quem ex hoc loco confirmasse creditur, ideo hoc dictum vt significaretur animas hominum ante corpora fuisse, & propter peccata in corpora detrusas meliora peiorave pro suo quamque merito. Quod refutatio is hoc tempore non indiget, & cum indigebat, satis est à Cyrillo hoc loco refutatum. Alit ideo dictum existimant venientem in hunc mundum, vt significaretur quia parte hominem illuminaret, nempe non corpore, quod terrenum, sed animo, qui caelestis est, & venire quodammodo de caelo in hunc mundum videret, non quod illic prius fuerit, vt Oigenes arbitrabatur, sed quod non de terra, sed de caelo, id est, non ex parentum traduce, sed ex solo Deo auctore originem trahat. Vera quidem sententia, sed subtilior, quam vt credere debeamus eo praestasse Ioannem. Res est facilis. Solent Hebraei hominem ita describere מְשֻׁלָּם, venientem mundi, id est in mundum, hoc est natentem, quod apud eorum Rabbinos est frequens, cum humanam naturam, & homines viue-ros volunt significare, & ne infantes quidem recenter natos excipere. Quod alia simili phrasa dicitur de muliere, quemadmodum loquitur Christus Martha. 11. 11. Venite enim in hunc mundum est alicui exitu, moti Job. 1. 21. Natus egressus sum de utero matris meae, & natus reuertar illuc: & Sapient. 7. 6. Virgo introitus est omnibus ad vitam, & similis ex istis, & Ecclesiast. 5. 14. Sicut egressus est mundus de utero matris suae, sic reuertetur, & 1. Timoth. 6. 7. Nihil exim inultimus in hunc mundum, hanc dubium, quod nec auferre quid possimus. Hoc idioma Ioannes est imitatus, vt nullum prolixius hominem exciperet. Et fortasse vt ad solis lumen al- luderet, quod ea tantum illustrat, quae intra ipsius, vt ita dicam, mundum, id est intra eius orbem, intra eius sunt hemisphaerium. Ergo neminem in vtero, dicit aliquis, illuminat? Facillat arguitur, venie in mundum non solum est nasci, sed etiam concipi. Imperfectum, inquit, memm videri oculi tui. Psal. 138. 16. Vt potest quibuscumque velit privilegio.

Origines error de similibus hominum

Ad Rom. 19. 20.

Deus trinus in personis ex rebus effectus cognoscitur non potest.

1. epist. 11.

10. In mundo erat.] Mirum quanto consensu veteres interpretes de verbo, antequam dno fieret, hunc locum intelligant, Origenes. aut qui quis auctor est, hom. 2. in diuersos, Chryso. ft. 7. August. tract. 2. Cyril. lib. 1. in Ioan. c. 10. Theodoret. in comment. in cap. 1. epist. ad Hebraeos, Beda, Theophyl. Euthym. Rupertus. Quasi de verbo diuinitate loquatur Ioannes, qua antequam in mundum veniret, in mundo, & vbique erat. omnia implens, omnia sustinens, omnia conseruans, omnia gubernans, potuisse cognosci ab hominibus ex ipsa cognitione, & contemplatione rerum: quia carnis carnis aut gloriā Dei, & opera tuam tuam eius annuntiat firmamentum. Psal. 18. 2. & magnitudine speciei. & creatura cognoscibiliter puerat creator omnium videri. Sapient. 13. 5. Inuisibilis enim ipsum à creatura man- dō per.

di per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Rom. 1. 20. Rationem quoque eius rei duplicem reddunt. Alit, vt doceret Ioannes nunquam stetit per verbum, quo minus omnem semper hominem illuminaret, cum semper in mundo fuisset, semper illuxisset. Alit, ne & ipsum videretur cum mundo factum esse. Inuit eam interpretationem verbum imperfecti temporis erat, quo tempore ante verbum cum aeternitate significabat. In principio erat verbum, & verum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Dicitur enim fuisse, in mundo fuit, sicut post paulo dixit, In propria venit, & habitauit in nobis, si de eius in carne aduentu locutus fuisset. Fateor me praecipuum in hac interpretatione probabiliter inuenire, quod est omnium. Nam cum remotis auctoribus verba considero, percipere mihi plane video Ioannem de verbo loqui factum iam carne, sed vt supra diximus per anticipationem. Quis enim non videt eodem contextu, eodem tenore, ac proinde eodem sensu dicere, In mundo erat, quo statim dicit In propria venit? Cum autem dicit, In propria venit, haud dubie de aduentu in carne loquitur: ergo & cum dicit, In mundo erat, loquitur de eius in carne conuersione. Nec mihi quisquam obiciat prius dicendum fuisse venisse in propria, deinde in mundo fuisse, si de eius in carne vita loquebatur. Si enim istas consecrati libet subtilitates, obiciam & ego, si in mundo prius erat, quomodo in propria venit? Non loquebatur subtiliter, sed Theologicè D. Ioannes. Deinde cum addit, & mundum cum non cognouit, non dubium, quin mundi excitationem reprehendat, quod cum potuerit, ac debuerit verbum sui auctorem agnosceret, errore excusatus non agnouerit. Ante incarnationem autem non video, quomodo aut debuerit, aut potuerit verbum mundum agnosceret. Nam vt Deum ex ipsa terum conditione, vt ait D. Paulus, cognoscere potuerit, certe verbum, id est personam Filii non potuit. Constant enim omnium Theologorum sententia est, vnum quidem Deum ex rebus effectibus cognosci posse, tres vero personas non posse. Multo etiam vberius, multo vehementior sententia est, vt mundi simul excitationem, simul malignitatem arguat, quod auctorem suum, quem coram videbat oculis, & vt ait idem Ioannes, manibus contrectabat, agnoscere noluerit. Nec intelligo, quomodo sic Ioannes de verbo ante incarnationem loqui possit, cum praecedentia omnia, de illo iam carne factio intelligantur. Nam rationes illae dix, quas à nonnullis curid fecisset, asserti diximus, tenues sunt. Nec enim id Ioannes agebat, vt doceret aut verbum non fuisse factum, quod satis iam superque docuerat, cum dixerat, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, aut per illud non stetit quo minus homines illuminarentur, quod satis etiam probauerat, cum dixerat, lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Nec verbum imperfecti temporis magis illam, quam hanc nostram opinionem iuuat. Nam Graece quidem vt vtriusque temporis & imperfecti, & perfecti vim habet: & vt supra ver. 1. docuimus, eam differentiam temporis non obseruauit, cum in hoc Evangelio idem vt verterit erat, & 1. Ioan. 1. 1. reddidit, fuit, cum de eodem verbo sermo esset, & eadem esset omniuo sententia. Adde potuisse & Graece Ioannem, & Latine veritatem interpretem, cum de verbo iam carne factio ageretur. hac de causa imperfecto potius, quam perfecto vti tempore, vt significaret verbum non ad momentum modo temporis apparuisse, quod poterat verbum praeteritum indicare, sed diu in mundo inter homines fuisse veratum, quod declarat praeteritum imperfectum, quemadmodum si dixisset in

mundo verabatur, in mundo habitabat, & mundum eum non cognouit, inter manus eum mundus habebat, & recipere ac tenere noluit. Inuenio etiam auctorem sententiae meae Gaudentium tract. 12. in Euangelium, cuius haec verba sunt: Etenim humani generis, vt derelicto Deo ipsum Satanam per simulacra colerent manifestata principatum violenter tenuit, & exercuit tyrannidem in tantum, vt aduentum eum verum prin. ipem suum non cognosceret mundus, ipsum quoque Diaboli prestigium excusatus. Nam in mundo erat Christus, vt Euangelista testatur, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Ex quibus verbis nisi fallor percipuum est ita Gaudentium hunc locum intellexisse, vt mundus reprehendatur, & Christum ad se in carne venientem non agnouerit. Et mundus per ipsum factus est.] Hoc etiam plerique auctores idcirco addunt, ne quia dixerat, In mundo erat, tanquam creatura, parique vna in diuinitate mundo fuisse putaretur, Augustin. Cyril. Theophylact. ego congruenter interpretor: superiori sententia propterea hoc Ioannem addidisse, vt doceret, quam ingratus fuisse mundus, qui, eum per Christum factus fuisset, ipsum tamen non agnouisset. Hoc enim magis ad rem pertinebat, & magis cum sequentibus conuenit. Nam qua de causa hic dicit, Mundum per ipsum factus est, dicit alit statim verbis, In propria venit. Illud autem dubium non est, ideo dixisse, vt mundi ingratitude exaggetaret, & hoc ergo eadem dicit causa. Obseruauerunt multi relatiuum in istis per ipsum, antequam non habere generis eiusdem in istis ad istos verbum, quod ver. 1. praesertim, longissime referatur. Itaque eo quidam referunt. Nam ad istos lucem, aut lumen referri non posse, quia lux Graeco neutrius, istos ipsum masculini generis est. Alit sensum Euangelistam non genus relatiue vocum. Nam quia istos lucem: Christus vocauerat, & Christus masculini generis est, vsum fuisse relatiue etiam masculino. Facillor mea sententia res est. In omnibus superioribus periodis cum dixit, Erat lux vera, & in mundo erat, & istos istos intelligebatur istos, verbum, quod Graeco masculini generis est, cum eo igitur masculinum conuenit relatiuum. Ideo his verbis errores, vt ait Theophylact. refutantur. Alter Manichaeorum, qui mundum ab alio nescio quo malo principio factum esse dicebant: alter Arianorum, qui filium Dei inter creaturas annumerabant, cum Ioannes mundum, id est creaturas omnes per ipsum factas fuisse testetur.

Et mundus eum non cognouit.] Cum quater hoc loco Ioannes mundum nominauerit, manifestum est tribus primis locis mundum pro tota creatura rerum vniuersitate accipi. Hoc autem vltimo loco non sic, sed pro hominibus, qui, cum cognoscere Christum debuissent, non cognouerunt, vt August. Cyril. Chryso. ft. Beda Theophylact. Euthym. adnotauerunt. Nec pro omnibus hominibus, sed pro his tantum, qui terrena, id est mundana sapiunt, vt Chryso. ft. Augustin. Beda, Theophyl. Euthym. adnotauerunt. nam bonos quidem, & qui diuina sapiebant, ipsum cognouisse, vt Abraham, qui exco. lauit, vt videret diem eius, videri, & gausissus est Ioan. 8. 56. Prophetas qui non solum cognouerunt, sed de illo etiam scripserunt Luc. 24. 27. Verum Chrysoftomus qui huiusmodi vitur exemplis, loquitur conuenienter opinionis sine, aliorum quod diximus, fere omnium auctorum, qui hic de verbo antequam carne fieret, agi putauerunt. Nos qui de iam factio carne agi credimus, alit exemplis vti possumus. Non vocatur igitur mundus Apostoli ceterique qui Christum receperunt, cognouerunt enim eum: sed vocantur mundus Pharisei, & ceteri, qui eum recipere noluerunt, quod nimis essent amore huius culi

Pharisei mundum vocantur.

culi occupati. Hi enim mundus dici solent infra ca. 3. & 8. 23. & 15. 18. 19. & 16. 8. 33. & 17. 9. 14. 16. & 1. epi- stola c. 2. 16. Probabilis tamen mihi videtur, ut pro- nomina hominibus mundus accipiatur, non quod non aliqui cognouerint, sed quod maior pars non cognouerit. & ex maiore parte mundus dicitur eum nō cognouisse. Sicut statim dicit, *sui eum non receperunt*, & tamen aliqui sui receperunt. Quotquot enim receperunt, eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Itaque quod quidam obseruauit nomen Græcum ab ipso semper hic articulum habere, ut intelligamus eodem modo ubique accipi. Verum non est, & cum omnium auctorum sententia pugnat. Illud potius notandum erat verbum *non cognouit*, non simplicem hoc loco cog- nitionem, sed agnitionem cum approbatione, recep- tione, & obedientia coniunctam significare: quem admodum cum dicitur, venit Rex in regnum suum, & regnum ipsum non cognouit, id est noluit agno- scere, & recipere pro Rege. Quod enim hic dicit, & mundus eum non cognouit, dicit paulo post, & sui eum non receperunt.

In propria venit. *Dei dicitur.* quia in propriam pos- sessionem, aut in propriam domum, ut infra c. 19. 27. & A. c. 21. 6. aut in terram suam, in populum suum ut c. 16. 32. Quod multi ad populum Iudæorum referunt qui populum Dei peculiariter dicebatur. Deuter. 7. 6. & 14. 2. & 26. 18. & ad eum Christus tanquam ad propriam possessionem, ad proprium regnum venit, ut Matth. 15. 14. & 21. 37. 18. Sic Cyprian. lib. 1. aduersus Iudæos, Cyril. Chryl. Aug. Beda, Theophyl. Euthym. Rupertus. Alii in vniuersum mundum, qui plus erat, ad om- nes homines, quia omnes ipsius erant, ut Iren. lib. 3. c. 11. Clemens Alexand. lib. 7. Stromat. & Orig. aut a- lius qui ad eum hom. 2. in diuersos Euangelist. Quam interpretationem illi etiam omnes auctores probant quos modo in altera citauimus. Ego multo etiam magis, quam alteram probabilem iudico. Nec enim de eo titulo Ioannes agebat, quo populum Iudæorum pri- uis, & peculiariter dicebatur, quod ab eo electus es- set, quod legem, & futuras Messia promissiones acce- pisset, sed de eo potius, quo vniuersus omnino mū- dus eius erat, quia per ipsum erat factus. Quod enim ante dixerat, *Et mundus per ipsum factus est*, dicit nunc *In propria venit*, indicans proterea in propria, id est suam uenisse mundum, quia mundus per ipsum factus fuerat. Venit nunc in mentem Irenæum lib. 3. ca. 11. Cyprianum in lib. de oratione Dominica, & lib. 1. contra Iud. & August. tractatum in Ioan. 2. legere in sua propria uenit. Martium vero Victor. lib. 4. contra Arian. in sua uenit. Quod etiam non magni admodum refert, monere uolui.

Ei sui eum non receperunt. *Dei dicitur.* proprii ipsius ad uerbum, id est domesticus eius. Dixerat enim in pro- pria, id est in mundum quasi in domum suam uenisse, dicit nunc ad suos, id est ad suos domesticos receptum non fuisse. Hac ratione maiorem vim habent uerba, quam si simpliciter interpretemur *sui*, id est Iudæi non receperunt, quem admodum illi auctores exponunt, quos paulo ante nominauimus. Quid sit recipere, uel non recipere Christus, sequenti uerbo declaratur. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Credere ergo in eum, est eum recipere, non credere, non recipere. Apparet etiam ex proximijs uerbis non esse uisibile intelligendum, quod dicit sui eum non receperunt, aliquos enim recepisse statim dicit, sed quia non cuncti receperunt, aut maior pars non recepit, generaliter dicit ad suos receptum non fuisse.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Primo loco querendum, quorsum hoc

Ioannes addiderit. Indicat Chrysothomus uoluisse ex beneficio singulati quod ij, qui eum receperunt, sunt consecuti, docere quod ij perdididerunt, qui ipsam reci- pere noluerunt. Aliam quoque possumus rationem reddere, uoluisse causam explicare, quam obrem in propria uenisset, nimirum, ut eos qui se recipere, filios Dei faceret. Quod autem dicit, *quotquot*, recte Chry- sostom. 9. & Cyrill. lib. 1. c. 13. & Beda, Theophyl. & Euthym. expendunt, significare nullam gentis nul- lam personarum rationem habuisse, sed omnes, qui se receperunt, siue Iudæi, siue Græci, siue Bai bari, siue li- beri, siue serui essent, filios Dei effectisse. Non est perso- nam acceptor Deus, sed in omni genere, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. A. c. 10. 34. Dicit enim scriptura, Omnia qui credit in eum, non confundentur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus om- nium, dicitur in omnes, qui inuocant eum, Rom. 10. 12. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque femina, Gal. 3. 28. Videtur alludere ad Iudæos, qui Christū, qui illis potissimum uenerit, recipere noluerūt, ut Cyrillus existimat. Illi enim ante filii Dei vocabantur, Tu, inquam, pater nosser es, & Abraham nosser nos, Iai. 6. 16. & 64. 8. Cur autem fili- i, qui eum primitur recipere debeuerunt, recipere noluis- sent, transfuit ad gentes ius adoptionis, & que om- nes sine diuisione, quicum que recipere uoluerunt, in filios allegit: *Ausertur*, inquit *ad uobis regnum Dei*, & da- bitur genti facient fructum eius, Mat. 21. 43. &. *Uobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniam uos respicistis illud, & indignos uos iudicatis eterna uita, & conuincimus ad gentes*, Act. 13. 46. In uerbis, que sequuntur, magna esse creditur difficultas, quomodo Christus iis, qui se receperunt, potestatem dedisse dicitur, ut fierent filij Dei, cum iam recipiendo ipsum filij Dei facti essent. Ipsum enim recipere esse filium Dei fieri. Quod uerba etiam paulo post sequentia confirmant. Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate ui- ri, sed ex Deo nati sunt. Eos enim quibus potestatem ded- disse dicit, ut filij Dei fierent, ex Deo iam natos fuisse ait. Quid autem est aliud filium Dei esse, nisi natum esse ex Deo? Cyrill. et si quæstionem non attigit, tam- en duas iudicat solutiones, alteram cap. 13. dedisse genibus potestatem filios Dei fieri, cum crederent. Ira- que antequam crederent, hanc illis dedisse potestatem, eo ipso quod repulsum ad Iudæos ad eas transfuit Eu- angelium. Non uidetur hæc interpretatio cum illis uerbis continere, *is qui credunt in nomine eius*. Nam il- lis ipsis, quiam credebant, hanc significat datam fuisse potestatem, ut fierent filij Dei, neque cum illis alijs, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, ne- que ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt, iis enim qui iam per fidem ex Deo nati erant, potestatem, ut filij Dei fierent, datam dicit. Alteram indicat cap. 14. & Pacia- nus lib. de penitentia contra Noap. quam & Theop- hylactus refert dedisse iam credentibus potestatem, ut filij Dei fierent, cum baptizarentur. Per bap- tismum enim hominem regenerari. Probabilis hæc est, sed adhuc illud manet, quomodo eo filij non erant, quia iam ex Deo nati erant? Alias duas Theophy- lactus tradit. Altera est, quam & Chrysothom. & Aug- ustini, & Beda, & Euthym. iussisse sententiam non oblcure ex eorum colligit commentarijs, homi- nem non per solam fidem filium Dei fieri, nisi & caritas, & opeta caritatis accedant. Ergo per fidem instantum, & potestatem hominem accipere, ut fil- ius Dei fiat, per caritatem fieri. Verissima sententia. Eodem enim modo regeneratio, quia generatio nos- tra inchoatur, atque perficitur. Cum generamus primum ex patrum semine concipitur, caro in- formis, rudis, inania, nec dum filij eorum, qui nos

generauerunt, uocati possumus. Aliquando post tempo- ra recedit anima, tunc uere sumus filij, quia homines parentibus similes sumus. Idem in regeneratione fit. Semen diuinum est fides, fide concipitur, sed non animamur, nondum filij proprie dici possumus, quia non uiuimus, fides enim sine operibus mortua est. Anima est caritas, cum ea ad fidem accedit, uiuere incipimus, & esse filij. Et quia caritatem, nisi qui fidem habet, habere non potest, dedit potestatem filios Dei fieri, ut qui credunt in nomine eius. Cum iam credentibus loqueba- tur Christus, cum dicebat, *Diligite inimicos uestros, be- nefacite his, qui oderunt uos, & orate pro persequentibus, & aduersarijs uobis, ut sicut filij patris uestri, qui in caelis est, Matth. 6. 44.* Vera, inquam, & accommodata ad re- fellendam heresim de iustificatione nostrorum tem- porum hæc doctrina est. Sed nondum nodas ille sol- uitur, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Itaque altera Theophylacti solutio mihi magis placet, ut filios Dei Ioannes uocet eos, qui filiorum suorum hæreditate, qui in celo quasi in domo Dei sunt. Eos enim scri- ptura proprie filios appellat, intra nos, inquit, geminus adoptionem filiorum Dei expectantes, Roman. 8. 23. Ita- que perinde est, ac si dixisset, *dedit eis potestatem hære- dis Dei, & heredes Christi, & suos fieri*. Quos enim D. Paulus ad Roman. 8. 23. filios futuros dixit, eodem cap. uer. 15. dixerat futuros hæredes. Hac ratione ni- hil in hoc loco manet difficultatis. Nam iis, qui tam uete erant filij Dei, quique non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati erant, potestatem, id est ius dedit, ut hæredes quoque illius fierent, quod est alio sensu filios Dei fieri. Placue- rit mihi aliquando, quod apud quemdam postea in- terpretem legi, *hæredes* hoc loco non potestatem, sed dignitatem, honoremque significare, & uerbum *potestatem* non fieri, sed esse. Nam id quoque uerum que uerbum significat uel est sensus iis, qui credidissent in nomine eius, quique non ex sanguinibus, neque ex uolun- tate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt, hunc honorem, hanc dignitatem tribuisse, ut filij Dei non postea fierent, sed etiam essent. Displicat postea cum magis considerari, cumque apud hæreticum quen- dam interpretem legi. Vna hic supersit quæstio, cur Ioannes huius potius beneficii, ut filij Dei fierent, quam multorum aliorum meminir, quæ certe con- tulit Christus iis, qui in se crediderunt? Ratio una eius rei est Cyrillo hoc loco, & ex Procopio colligitur, uoluisse Ioannem ad Iudæorum opinionem alludere, qui solos se filios Dei esse gloriabatur, quod benefi- cium significauerit ab illis Christum relicentibus ab- latum fuisse, & ad omnes gentes, que eum re- ceperunt, fuisse translatum. Altera ex Ambrosio lib. 4. de fide, cap. 4. ex Augustino, Cyrillo, & Beda in commentarijs in hunc locum, uoluisse indicare Ioan- nem Christum dedisse iis, qui in se crediderunt quod maxime sibi proprium erat, ut filius esset Dei, com- munitate cum illis hæreditatem suam. De qua re- sette Augustinus scribit: *Non timuit hæreticis uoluerit, qui hæreditas eius non sit angusta, si mulier ac possi- derit. Illi scilicet: illo ipso possideat sunt hæreditas ipsius, & illo uisum sit hæreditas ipsorum*. Adnotant idem au- ctore Ambrosius Augustinus, & Cyrillus, magnum ex hoc loco aduersus Arianos argumentum sumi pos- se ad probandum Christum filium esse naturalem Dei, ac proinde uerum Deum. Illi enim non dicit da- tum fuisse Ioannes, ut filius Dei esset, sed dictum de illo est, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, dictum est, *Ex uero ante lu isrum genui te*. Quia illa natura, nos be- neficio, & adoptione filij sumus: nec, nisi ille nobis dedisset, filij esse poteramus. Darille, quod habet,

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

accipimus nos, quod natura non habemus, soluque ille dare nobis potuit, ut filij essemus Dei, quia (solus naturalis est filius. Habet hic locum, quod Philo- phi docent, quod in quoque genere per se, ac natura sua cuiusque modi est, cæteris dare, ut eiusdem per partici- pationem quandam modi sint. Ignem natura sua ma- xime calidum, omnia calefacere. Mirum, quam inep- ti noui hæretici sint. Colligit ex hoc loco eorum inep- tes nullas in iustificatione, regenerationeque partes esse liberi arbitrij: quandoquidem datum nobis esse dicatur, ut efficiamur filij Dei. Et quo argumento Pa- tres illi nostri aduersus Arianos ad probandum Chri- sti diuinitatem uidebantur, hoc illi aduersus nos uen- tur ad tollendam a bitrij libertatem. Quanto melio- re iudicio, ac meliore fide ex hoc ipso loco liberum arbitrium collegissent, quemadmodum Chryso- st. Theophyl. & Euthym. collegerunt. Cum enim dicit alios recepisse, alios non recepisse, quis uerumque non uidet libertatem, quæ illi non uenerunt recipere, isti uoluerunt? Et cum dicit, *dedit eis potestatem filios Dei fieri*, quis nō animaduertit libertatem eorum iudicari uoluntatem, si perseverare uelint, si non degenerare?

Qui non ex sanguinibus. Minime difficultis conie- ctura est, quam obrem hoc Ioannes addiderit, ut ex comparatione nimirum, extenuationeque humanæ generatois diuine illius regenerationis, quam nobis Christum contulisse dixerat, dignitas appareret, ut Chryso- st. Theophyl. & Euthym. existimant. Aut ne quis, quia filium Dei audierat, erraret: putaretque hu- mano more, carnalique generatione filios Dei homi- nes fieri, ut ait Cyrillus. Verumque probabile. Quod nonnulli dixerunt relationem *is qui*, ad filios referri, tanquam sit sensus, *dedit eis potestatem filios Dei fieri, nō quæcumque filios, sed tales, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt*, non solum, quia ratio ipsa Græca Grammaticæ refutat, cum hæc neutrius, & masculini generis sit, sed etiam quia ea difficultas, cuius efluxigenda causa ea interpretatio excogitata est, superiore uersu ad nobis est explicata. Refertur igitur ad eos, de quibus dixerat. Quotquot autem receperunt eum, de quibus dixerat. Quotquot autem receperunt eum, de quibus dixerat. Quotquot autem receperunt eum, de quibus dixerat.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

ex viro, non ex femina, sed ex Deo. Opponit enim sanguines Deo, non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt. Quod perinde est, ac si Deo hominem opponeret dicens, qui non ex homine, sed ex Deo nati sunt, quemadmodum Salpiscius Severus videtur intellexisse lib. 2. hinc. Itaque quæstio illa, quam Theophyl. commentet, quid de Isaac, de Samuele, de Ioanne Baptista dicendum sit, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati videntur, nihil, si ita interpretemur, habet loci. Nam et si miraculo illi nati sunt, ex sanguinibus tamen, id est ex homine nati sunt. Solum Christum, ut ait Tertul. in lib. de carne Christi, excipitur. Quia caro, inquit, non ex sanguine, nec ex carnis, & viri voluntate, quia ex Dei voluntate Verbum caro factum est. Quoniam Christus ipse qua homo est, quavis sine viro, quamvis sine peccato, quamvis sine illa sui, matrisque corruptione natus, ex sanguinibus hoc tenuit, id est ex homine natus est, propterea enim filius hominis passum appellatur. Illi autem filii Dei, de quibus hic Ioannes loquitur, non sicut quidam modo ex sanguinibus nati sunt, quia non corpore, sed animo reascuntur, ubi neque carne, neque sanguine, id est neque viro, neque femina opus est. Interit scire, cur Evangelista aperte non dixerit, qui non ex homine, sed ex Deo nati sunt. In promptu coniectura est. Opponebat humanam, diuinam que inter se generationem, ut apparetur quantopere humane diuinam præfaretur, ideo descriptione carnis, & sanguinis humanam extenuat. Non minus difficile quod sequitur.

Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. Illud certum Græcum nomen *θέλημα* voluntas præter linguam confuendum pro carnis poni concupiscentia, Hebraeorum imitatione qui *רצון* voluntatem omnem appetitum vocant. Exemplum multa Ilat. 58. 3. 13. & ad Ephel. 2. 3. De aliis verbis omnis est quæstio. Recepta vulgo est Augustini sententia, quam & Theophyl. secutus est, nomine carnis hoc loco feminam intelligi, sicut illo loco Genes. 2. 23. Hoc nunc est de ossibus meis, & caro de carne mea. Fecit probabilem interpretationem, quod statim sequitur, neque ex voluntate viri, quasi sensus sit, neque ex voluntate feminæ, nec viri. Sed mihi darsifcula videtur interpretatio. Nec enim exemplum ex sacris litteris occurrat, ubi caro pro femina ponatur. Nam illud quidem quod ex Genesi profertur, Hoc nunc est de ossibus meis, & caro de carne mea, non magis probat feminam carnem, quam os appellari. Os autem in scripturis feminam significare, nemo credo doctus dixerit. Sunt qui voluntatem carnis infecioem, voluntatem viri superiorem appetitum vocari putent, quod subtile est. Valde mihi placet Euthymii sententia, vltimum membrum duorum præcedentium explanationem esse. Quod enim dixerat, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, id est non ex carne, & sanguine, explicat dicens, neque ex voluntate viri, ut enim nihil aliud, quam caro, & sanguis est, quæ duo nomina, ut supra monuimus, ubi copulantur, mortalem, & fragilem hominis conditionem solent declarare. Itaque per virum hoc loco Evangelista etiam feminam intelligit, quæ & ipsa caro, & sanguis est. Alteram enim partem pro viroque posuit. Sed virum potius, quam feminam, & quia Deo opponitur & aprior erat inter virum, & Deum, quam inter feminam & Deum oppositum. Ex Deo enim non tantquam ex femina, & ex matre, sed tanquam ex viro, & ex patre nascitur, & quia magis hac ratione vilitas humane generationis exaggerabatur. Si enim, vir, qui præcipuus humane generationis auctor est, caro & sanguis est, quid erit femina?

Sed ex Deo nati sunt. Quod si dicitur ex Deo nasci ex oppo-

sitione colligitur, non nasci ex carne, & sanguine, id est non carnaliter, sed spiritaliter, non corpore sed animo. Nasci autem animo est *γεννησθαι πνεύματι*, ut ait D. Paulus Ephel. 4. 23. & 2. Cor. 4. 16. & ad Colof. 2. 10. & vno verbo iustificari. Itaque quibus rationibus, & quibus rebus iustificamur, id est regeneramur, idem nascimur Deo. Non fide quidem sola, ut illi delirant, quæ nos ut diximus, aut nullo proprio modo, aut non nisi mortuos, aut potius nondum viros, nondum formatos, & animatos Dei filios facit, sed fide simul & caritate, quæ Christiani hominis anima est. Quod etiam plerumque baptisum fit, ut Ioan. 3. 3. cum Nicodemus diceret Christum, ideoque baptisum lacrum regenerationis nominatur ad Tit. 3. 5. vocant, & ante baptismum, aquæ per baptismum, quæ vocant, vti, & post baptismum per penitentiam, quæ lolet.

Et verbum caro factum est. Statim subit attentio lectionis animum dubitatio, quorundam hoc demum Ioannes dicit, loco, ut videtur, minime oportuno. In enim diu de verbo agitur tanquam de facto carne, nam in mundum venisse dixerat, iam is qui se receperat potestatem dedisse, ut filii Dei fierent. Chryso. hom. 10. & Theophyl. istas causas per ipsorum sententiam reddi putant. Dixit de tam is, qui ipsum recepissent potestatem, ut filii Dei fierent, reddere nunc causam, quia verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Nam si ille filius hominis factus non esset, non filij Dei non potuissent fieri, Augustinus vero, & Euthym. ad tollendam lectionis admirationem admirationem quadam maiore dictum hoc esse. Dixerat enim homines, qui Christum recepissent, filios Dei factos fuisse, quod admittibile, & pene in credibile lectioni videri poterat, dicit nunc, quod multo videtur admirabilius, Deum Filij hominis factum esse, ut illud iam lecto, quod ante mirabatur, mirari desinat. Perit in ea, quæ ver. 4. exponimus opinione, hæc verba principio capitis respondere, reliqua, quæ ad versus 4. vsque ad hunc locum dicta sunt, per anticipationem, & veluti per parenthesis quandam vnius verbi *caro* occasione dicta esse. Cui enim dixisset in verbo illo, quod ante omne principium apud Deum erat, a Deo constitutum fuisse hominum vitam, voluntationem explicat, quomodo verbum *caro* hominum esset, quidque illis contrulisset, quod ad hunc vsque locum fecit T. I. lamus ergo cogitatione animi, quæ per eam occasionem interpolata sunt, singamulque Evangelista hoc modo dixisse. In principio erat verbum, & veri u erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & verbum caro factum est, videbimus optime orationem coherere. Senlum queramus, qui si Ioannes dixisset, verbum homo factum est, facile esset, difficile, & in variis erroribus incideret fecit nomen carnis. Hinc enim aniam alii arripuerunt existimandi Filium Dei non animam, sed solam humanam simpliciter carnem, cui verbum loco animæ fuerit. Hic vnus Arianorum error fuit, ut tibi Athanas. in dialogo de Trinit. contra Arianos, & Gregor. Nazianzen. in epistola ad Cledonium, & Aug. in lib. de hæret. ad Quod vnus Deum c. 9. & in lib. contra Ieronem Arian. c. 5. & in dialogo contra Felicianum Arian. c. 3. & Cyril. lib. Theofaur. cap. 5. & Phil. Irenæus in Arianorum lib. 4. & ex quo apparet non omnes quidem Arianos sed quosdam tantum errorem in hoc errore fuisse. Multas enim fuisse Arianorum sectas, sicut nunciant Sacramentarium, & Lutherorum alibi docuimus. Notum error Appollinatis nomine, quia hunc ille in primis defebat ut So. crates in E. cl. l. h. stoia, lib. 1. 36. & D. August. lib. 8. 3. 4. q. 80. & Greg. Naz. col. 0. quem modo citauimus

apollinatis nomine, quia hunc ille in primis defebat ut So. crates in E. cl. l. h. stoia, lib. 1. 36. & D. August. lib. 8. 3. 4. q. 80. & Greg. Naz. col. 0. quem modo citauimus

uimus, & Epiphanius herel. 77. & Paulinus in epistola, quæ apud eundem extat Epiphanium, & Theodoretus in Eraniste auctores sunt. Alij vt dicerent verbum ita factum carnem, ut in carnem conuersum fuerit, vnde Tropitz, id est conuersores appellati, vt tradidit Philatrius, quos Socrates Apollinariatum etiam genus facit. Alij vt ex verbo, & carne vnã quandam tertiam naturam factam dicerent, qui proprie Eurychis error fuit, in Chalcedonensi Concilio profugatus. Nec magna est operis istos omnes errores ex sacris litteris refutate, quæ in finit pene locis Christum verum Deum, ac verum hominem esse docent, ac proinde verum corpus, veram animam habuisse. Quod facilius est, quam vt testimonis probare debemus, quæ nisi iam lectioni non occurrerit. Nec ignorat quisquam tam frequentem in scripturis sanctis Hebreorum phrasim, qui per synechdochen *וַיְהִי בָרֶחֱלֵם* totum hominem appellant, præsertim cum huiusmodi ac modice de illo loqui voluerit. Nota exemplum *וַיְהִי בָרֶחֱלֵם* carnis hominis. Vt legitur omnis caro saluatae Dei. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi caro. Ad te omnis caro uenit. Quia dicitur omni carni. Bene dicitur omnis caro nomen sancti dei. Ex operibus leg. 5. non in se habebatur omnis caro. Sicut aliquando è contra *וַיְהִי בָרֶחֱלֵם* animam vocat ex altera parte. Omnes animas domus Iacob, quæ ingressi sunt in *בְּיַרְדֵּן* fuerunt septuaginta. Omnis anima potestatis in *לְמִינִיבֵיבֵי* subditus sit. In qua pariter, id est octo animas salua facta sunt. Itaque idem est, Verbum caro factum est, ac si dixisset verbum homo factum est. Nec mireremur quæ sunt, quam obrem Ioannes potius dixerit Verbum caro, quam verbum homo factum est, quia credendum est eum non sine causa fecisse. Mutæ causæ à multis auctoribus afferuntur. Alij dicunt adfuturas hæreses animo prospexisse, ne qui pariter non veram, sed simulatam Christum carnem habuisse, quod non multo post Marcionista, Valentini, & Manichei decuerit. Hoc enim loco eos, qui contra ipsos scripterant, refutarunt. Irenæus lib. 3. c. p. 11. & Tertullianus in lib. de carne Christi, Chryso. tomus homo in hunc locum, qui hanc rationem reddidit. Alij, vt singularum Dei ergo homines beneuolentiam declararet, qui propter ipsos caro, id est res omnium feruillissima factus fuerit, vt Theophyl. dicitur. Alij, vt Cyrillus, vt significaret humanam carnem, quæ per peccatum mortalis. & a fuerat per conjunctionem uebi, id est naturalis, & immortalis vitæ, immortalitatem esse consecutam. Verum ergo rationem esse atbitror, quod hominem verbum opponere voluerit, id est infimum summo. Propterea filium Dei, qui homo factus est, non filium, sed verbum appellauit, quod lumen declararet potentiam. Tribuit enim potentiam verbo Dei quia omnia, quæ vult, verbo facit. Omnipotens inquit, sermo vnus ex liens de celo à regibus sedibus, datus dei cellator in medicina exterminij terram profugit S. p. 8. 15. Et post ans omnia verbo virtutis sue, Hebr. 1. 3. Ideo hominem è contratio non hominem, sed carnem vocauit, quod verbum summam abiectionem, summam significat infirmitatem, vt appareat quantas Deus, quantillus sit factus homo. Querunt etiam nonnulli, quando nomine carnis vt Ioanni placuit, quate non potius dixerit, verbum carnem assumptum, quam Verbum caro factum est. Melius vbi videntur quætionem suscitare, quam soluere. Quod enim dicitur, voluisse futurum Nestorij errorem refutare, qui duas in Christo personas potuit, nulla factis meo iudicio probabili coniectura docent. Hinc igitur ergo causam fuisse eius rei arbitror, quod his verbis Ioannes multo melius quod volebat exprobrare, quam si dixisset, & verbum carnem assumptum. Id enim agebat, vt doceret, quo se

verbum Dei illud sempiternum, Decque æquale nostra causa demississet, quod multo melius explicauit dicens, & Verbum caro factum est, quam si dixisset, & verbum carnem assumptum. Quæ verba magis declararent, ad quam dignitatem euectus fuisset caro, quam ad quam vilitatem abiectionem fuisset verbum. Non alienum huius loci est, vt quando hic de Christi incarnatione agitur, propter minus doctos lectores summam mysterij breuiter exponamus. Deus, id est Filius, non Pater, non Spiritus sanctus, factus est homo, ita profus, vt verus manserit Deus, & verus post incarnationem fuerit homo, verum corpus, & veram animam habens, naturalis quæ veras duas diuinam, & humanam: ac proinde duas voluntates, alteram diuinam, alteram humanam: personam tantum vnã, eamque diuinam: ideo non duos filios Dei, sed vnã tantam esse, quemadmodum contra Nestorium in Concilio Ephesino, & contra Eutychem in Chalcedonensi probatum, ac definitum est. Propter vnitatem autem personæ fit illa, quam *κοινωνία ἰδιοῦ* Græci, communicationem idiomatum Latini Theologi vocant: vt Deus natus ex muliere, passus, crucifixus, mortuus dicitur, 1. Cor. 2. 2. Apoc. 1. 18. & 2. 8. Act. 20. 38. & homo vere diceret, antequam Abraham fieret ego sum, Ioan. 8. 58. Quibus ex lucis est idiomatum communicatione recte probamus, vnã in Christo personam, duas esse naturas, quia si duæ personæ essent, nunquam idiomata communicarentur. Sic enim natura comparatum est, vt nunquam, quod proprium vnus nature est alteri tribuatur, nisi commune vtrique personam habeat. Sicut non dicimus in accidentibus dulcibus album esse, nisi cum vtraque natura dulcis, & albi idem omnino subiecti habeat, vt accidit in lacte. Caluiniani quibus illa sophismata videntur, & Conciliorum decreta de hantem sunt, tentent alia ratione ex scripturis probare, quod nobiscum de hoc mysterio credere se dicunt: quod cum facere non poterint, & traditiones nostras, & subtiliorē Theologiam ista è latebris eruentem irridere desinant. Non male hoc loco Euthymius philosophatur, tribus modis vnus fieri alius: aut ita vt in illud transmutetur, quemadmodum cibus isque sanguis, lac cafeus; aut ita vt aliud quod tantum illi accidens accedat, vt æt sit itatus; aut ita vt accedat illi aliqua substantia, sed in illam non transmutetur, sicut miles accedens ibus armis fit armatus: verbum igitur non duobus illis prioribus modis, sed hoc tantum tertio factum fuisse carnem, dum naturam nostram quasi arma induit, vt cum diabolo pugnet. Scita est quoque verbi Dei incarnati cum verbo nostro voce expresso comparatio, qua vtriusque August. lib. 5. de Trinit. c. 11. Verbum, inquit, quod foris sonat, ignum est verbi, quod intus latet, cuius magis verbi competi nomen. Nam illud, quod profertur carnis ore vox verbi est: verbo vero, & ipsam dicitur propter illud, a quo, vt foris apparet assumpsum est. Ita enim verbum nostrum vox quodammodo corporis sit, assumendo eam in qua manifestetur sensibus hominum; sic Verbum Dei caro factum est, assumendo carnem, in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominum. In eo etiã, quod August. non indicat, exemplum est simile, quod sicut in verbo nostro due nature sunt, corporalis altera id est sonus, altera spiritalis, id est significatio, suspensum autem siue substantiam vnũ, sic in incarnato verbo Dei due nature diuina, & humana sunt, personæ vero vnã. Longioris huius loci explanationem si quis requirit, Theodoretus legat in Dialogo Impatibilibus, ubi omnium veterum auctorum de his verbis sententias inueniet.

Et habitavit in nobis. Patant Chryso. hom. 10. & Cyrill. cap. 16. & Theophyl. & Euthym. ideo hoc Ioan. annem addidisse, ne quis existimaret verbum in car-

verbum Dei illud sempiternum, Decque æquale nostra causa demississet, quod multo melius explicauit dicens, & Verbum caro factum est, quam si dixisset, & verbum carnem assumptum. Quæ verba magis declararent, ad quam dignitatem euectus fuisset caro, quam ad quam vilitatem abiectionem fuisset verbum. Non alienum huius loci est, vt quando hic de Christi incarnatione agitur, propter minus doctos lectores summam mysterij breuiter exponamus. Deus, id est Filius, non Pater, non Spiritus sanctus, factus est homo, ita profus, vt verus manserit Deus, & verus post incarnationem fuerit homo, verum corpus, & veram animam habens, naturalis quæ veras duas diuinam, & humanam: ac proinde duas voluntates, alteram diuinam, alteram humanam: personam tantum vnã, eamque diuinam: ideo non duos filios Dei, sed vnã tantam esse, quemadmodum contra Nestorium in Concilio Ephesino, & contra Eutychem in Chalcedonensi probatum, ac definitum est. Propter vnitatem autem personæ fit illa, quam *κοινωνία ἰδιοῦ* Græci, communicationem idiomatum Latini Theologi vocant: vt Deus natus ex muliere, passus, crucifixus, mortuus dicitur, 1. Cor. 2. 2. Apoc. 1. 18. & 2. 8. Act. 20. 38. & homo vere diceret, antequam Abraham fieret ego sum, Ioan. 8. 58. Quibus ex lucis est idiomatum communicatione recte probamus, vnã in Christo personam, duas esse naturas, quia si duæ personæ essent, nunquam idiomata communicarentur. Sic enim natura comparatum est, vt nunquam, quod proprium vnus nature est alteri tribuatur, nisi commune vtrique personam habeat. Sicut non dicimus in accidentibus dulcibus album esse, nisi cum vtraque natura dulcis, & albi idem omnino subiecti habeat, vt accidit in lacte. Caluiniani quibus illa sophismata videntur, & Conciliorum decreta de hantem sunt, tentent alia ratione ex scripturis probare, quod nobiscum de hoc mysterio credere se dicunt: quod cum facere non poterint, & traditiones nostras, & subtiliorē Theologiam ista è latebris eruentem irridere desinant. Non male hoc loco Euthymius philosophatur, tribus modis vnus fieri alius: aut ita vt in illud transmutetur, quemadmodum cibus isque sanguis, lac cafeus; aut ita vt aliud quod tantum illi accidens accedat, vt æt sit itatus; aut ita vt accedat illi aliqua substantia, sed in illam non transmutetur, sicut miles accedens ibus armis fit armatus: verbum igitur non duobus illis prioribus modis, sed hoc tantum tertio factum fuisse carnem, dum naturam nostram quasi arma induit, vt cum diabolo pugnet. Scita est quoque verbi Dei incarnati cum verbo nostro voce expresso comparatio, qua vtriusque August. lib. 5. de Trinit. c. 11. Verbum, inquit, quod foris sonat, ignum est verbi, quod intus latet, cuius magis verbi competi nomen. Nam illud, quod profertur carnis ore vox verbi est: verbo vero, & ipsam dicitur propter illud, a quo, vt foris apparet assumpsum est. Ita enim verbum nostrum vox quodammodo corporis sit, assumendo eam in qua manifestetur sensibus hominum; sic Verbum Dei caro factum est, assumendo carnem, in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominum. In eo etiã, quod August. non indicat, exemplum est simile, quod sicut in verbo nostro due nature sunt, corporalis altera id est sonus, altera spiritalis, id est significatio, suspensum autem siue substantiam vnũ, sic in incarnato verbo Dei due nature diuina, & humana sunt, personæ vero vnã. Longioris huius loci explanationem si quis requirit, Theodoretus legat in Dialogo Impatibilibus, ubi omnium veterum auctorum de his verbis sententias inueniet.

Et habitavit in nobis. Patant Chryso. hom. 10. & Cyrill. cap. 16. & Theophyl. & Euthym. ideo hoc Ioan. annem addidisse, ne quis existimaret verbum in car-

Nolici
no qu
fi.
fac. 2.
20. 16

Euthym.
1077.

lib. 12.
Ila. 445.
Lui. 1. 6.
Ips. 1. 6.
6. 17. 64. 3.
135. 25. 14. 9.
21. ad Rom.
10. 11. 1.
1. 2. 3. 5. 10.

Car dicitur
Verbum
caro factum
est.

Potentia
vbi Dei
tribuitur.

apollinatis
vbi arian.

Summa my-
sterij in-
seruatio-
nis Christi.

Verbi incar-
natum
serbo no-
strum
est a expres-
so collatum.

nem fuisse conuictum: sed duas indicaret in Christo integras diuinam, et que humanam mansisse naturas: sicut ante dicens. *Verbum caro factum est*, vnam tantum significauerat esse personam. Probabile, sed potius credo gradum ad id, quod dicitur erat, facere voluisse. Dixit enim habitare in nobis, quia volebat dicere se vidisse, testemque eius ree oculatum esse. Athanas. orat. 3. contra Arian. eam reddi putat, cur *Verbum caro factum sit*: propterea enim carnem factum fuisse, vt in nobis posset habitare. De sensu nonnulla etiam est questio. Dixit Græcè, *ἐσθίοντες ἐν ἡμῖν*, quod ad verbum veteris, & in tabernaculo in nobis habitauit. Quod quidem sic accepit, quasi humana natura, quæ, quia nobis omnibus communis est, nostra dicitur, eius tabernaculum in quo habitauerit, esse significetur. quem admodum Theodor. in Impatibili. Hilar. li. 1. de Trinitate. Cyrillus, Theophil. interpretatur. Sic enim D. Paulum dicere, in ipso omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter inhabitare ad Colos. 2. 9. sic corpus nostrum vocare tabernaculum 2. Cor. 5. 4. & Petrum 2. epistola c. 13. 14. Alj simpliciter exponunt, *In nobis*, id est inter nos habitasse, sicut dixit Bar. h. c. 3. 38. *Post hoc in terris visus est. & cum hominibus cōuersatus est*, vt August. tract. 2. Nec tantum hoc loco vim verbi *ἐσθίοντες* habere mihi videtur, quantum illi; nec tam nullam, quam in isti auctores existimant. Nec enim crederem line causa Ioannem eorum verbo, cum facilius, & magis vitate dicere potuisset, *ἐσθίοντες ἐν ἡμῖν* si tantum dicere voluisset, inter homines habitasse. Credo ergo quod ante me nonnullum obseruasse video, voluisse Ioannem verbo a tabernaculo deducto significare verbum Dei non tanquam indigenam in patria sua, sed tanquam hospitem, & peregrinum in aliena apud nos ad tempus tantum habitasse. Solent enim, qui in patria sua sunt, in domibus; qui autem peregrinantur, in tabernaculis habitare, quemadmodum filij Israël quædam sunt per desertum peregrinati. Nam & corpus nostrum propterea in scripturis aliquando, vt modo diximus, tabernaculum appellatur, vt significetur, quia non habemus hic civitatem permanentem, sed *inquirimus*, vt D. Paul. loquitur ad Heb. 13. 14.

Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti a Patre. *Et deus in seipsum speciauit, contemplanti lumen, quasi in aperto, quasi in theatro palam vidimus gloriam eius.* quem admodum pluribus explicauit verbis Le. pistola cap. & v. 1. *Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris, quod per speciemus, & manus nostre contrectauerunt de verbo vite annuntiamus vobis. Gloria eius vocat signa diuinitatis, quæ multis in eo rebus apparebant. Quasi dicat, non ita verbum factum fuisse carnem, vt eius penitus maiestas obliuisceretur, multis se indicis adeo ostendisse, vt oculis ipsis videri posset. Verosimile est, quod quidam existimant, ad Christi transfigurationem alludere, cuius testis Ioannes fuit, & vbi suam illi potissimum gloriam intuemdam aperuerat. Nam & Petrus, qui alter eius speculator, ac testis fuerat, eodē alluē, vt suuū, quemadmodum Ioannes, testimonium commendat. 2. epistola c. 1. 17. *Accipiens enim a Deo Patre honorem, & gloriam voce de lapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene copla-entis ipsum audire. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.* Satius quidem fuerit generaliter ad miracula, ad prædicationes, ad cognitionem cogitationum, ad doctrinam, atque res ormes extendere, quibus suam quoquo modo diuinitatem declarauit, quemadmodum Chrysostr. & Euthymius existimant. Quorum vero hoc Ioannes adiunxit, multi quæruunt. Chrysostr. Augustin. Beda, Theophylactus putant sine his verbis declarari, quæ-*

Corpus nostrum tabernaculum.

Mat. 17. 1. Mat. 9. 2. Luc. 9. 28.

Mat. 17. 5.

Quorum hic Ioannes adiunxit.

obrem *Verbum caro factum est*, scilicet, vt eius gloria perspicere possemus, adumbratam quodammodo humanitate, quam ipsam per se inueni non poteramus. *Gloriam eius*, inquit Augustinus tract. 2. nemo potest videre, nisi carnis humilitate sejanctur. Vnde non poteramus videre? intendat ergo carnis vestitus, & videte, quod dico. Irruerat homini quasi puluis in oculos: irruerat terra, sauciuerat oculum, videre non poterat lucem. Oculis iste sauciatus inungitur; terra sauciatus erat, & terra illuc mittitur, vt sanetur. Omnia enim callidra, & medicamenta nihil sunt nisi de terra. De puluere calcatus est, de puluere sanatus. Ergo caro te calcauerat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat, consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus mentis calcatus. Verbum caro factum est. Medici videri fecit collyrium. Et quoniam sic venis vt de carne vitia carnis extingueret, & de morte occideret mortem, ideo factum est in te, vt quoniam Verbum caro factum est, sic possis dicere, & videmus gloriam eius. Libenter Augustini quamvis multa verba recitauit, quia si non propriam interpretationem, vilem certe habent, elegantemque sententiam. Cæterum quod ad questionem attinet, probabilis esse existimo quod principio indicauimus, voluisse Ioannem testimonij sui fidem commendare, qui in carnis i verbi maiestatem oculis perspexisset. Hæc enim de causa simili sententia i. epist. c. 1. 1. vsum fuisse videmus.

Gloriam quasi vniuenti a Patre. Repetitur est ad explicandam gloriæ magnitudinem adhibita, quasi dicat: Vidimus, inquam, gloriam eius, quasi gloriam vniuenti. Primum, tenendum hoc loco est, quod Augustinus in Psalm. 75. & Ambrosius epist. 47. & serm. 18. in Psal. 118. & Chrysostr. hoc loco, & Gregor. lib. 18. Moral. cap. 4. Theophylactus, & Euthymius in commentariis mouentur particulas istas, quasi, tantquam, sicut, quibus vna fere Græca respondet, *ὡς*, aut *ὡς* non semper similitudinem, sed aliquando veritatem significare, eius rei infinita in seripere exempla sunt, quæ facile quisque reperit. Et vulgo, ait Chrysostr. & Theophylactus aiunt, ita de Rege Ioseph loqui: Incedit quasi Rex, id est vt Regem decet, ita vt ex ipso intellectu facile appareat ipsum esse Regem. Et cum de aliquo dicitur: Fecit sicut vir bonus, non significamus, inquit Augustinus, eum virum bonum non esse, sed ita fecisse, vt appareat vitum esse bonum. Sic ergo accipitur hoc loco, vt vera solius vniuenti gloria significetur, sensusque sit, *vidimus gloriam eius* talem, ac tantam, vt non nisi vniuenti filij Dei esse posset, vt facile ea te intelligi posset eum esse vniuentum. Quæ interpretatio multo profecto melior, & magis Catholica est, quam illa subtilium quorumdam interpretum, qui similitudinem tantum significari putant, quasi sensus sit: Non vidimus quidem gloriam ipsam verum vniuenti, quæ in hac vita videri non potest, sed quasi gloriam vniuenti, id est similitudinem quandam eius, qualis illa fuit, quam in transfiguratione nobis ostendit. Licet etiam nobis aduersus argutos, argutos esse. Recte, si dixisset: Vidimus gloriam eius, quasi gloriam vniuenti. At non dicit, quasi gloriam vniuenti, sed, *gloriam quasi vniuenti*. Melius in ea questione ponetur opera, cur Ioannes hoc ipsum dixerit. Respondent Chrysostr. & Theophylactus, Euthymius, idemque Cyrillus indicat, voluisse hoc verbo docere, quid inter eius, & sanctorum hominum gloriam intererit. Nam & gloriam Moysis fuisse vnam, cum ex colloquio cum Deo eius facies cornuta facta est, ita vt eius aspectum homines sustinere non possent, Exod. 34. 29. 30. & 2. Corinth. 3. 7. & Eliæ, cum curru igneo euectus in caelum est, 4. Reg. 2. 12. Sed eorum gloriam non quasi vniuenti apparuisse, participatam enim fuisse, vt

Particula quasi, tanquam, sicut, ut uocant aliquando significat.

Car Ioannes dicitur gloriam quasi vniuenti.

Cyrillus

Cyrillus ait: Verbi autem gloriam vniuenti, id est a naturalem. Rem quidem hi auctores recte tetigerunt, sed non penitus explicauerunt. Cur enim non dicebat gloriam quasi filij, quo verbo non minus, quod illi dicitur, declararet, eius gloriam non participatam, sed naturalem fuisse, sed dixit: *gloriam quasi vniuenti*? Vnde mihi videtur Basilium hunc penitus locum enucleasse in homilia de fide, propterea nomine vniuenti vnam fuisse Ioannem, vt indicaret tantam eius, quantum Patris fuisse gloriam. Cum enim aliquis pater multos habet filios, non omnem suam gloriam, non omnem substantiam, omnesque facultates vni dare, sed inter omnes diuidere: cum autem vnum tantum habet, quod est vniuentum esse, quidquid omnino habet illi tradere, nihil sibi reseruare, æqualem sibi eum facere omnibus in rebus. Hoc est, *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt*, Ioann. 16. 15. Loquitur autem Ioannes, vt opinor, de Verbo, etiam quatenus homo erat: nam etiam vt homo vniuentus erat Dei, & omnem eius habebat gloriam. Quid enim non erat, qui Deus erat? quid non habebat, qui inhabitantem in se, & in eandem personam coniuictam habebat diuinitatem? At quid est, quod addit, a Patre? Cum duobus præcedentibus nominibus hic ablatiuus iungitur potest, vel cum gloria, vel cum vniuentio: cum gloria qui de a, vt ut sentis: *vidimus gloriam eius quasi vniuenti a Patre* datur: quemadmodum Cyrillus, & Theophylactus iungere videtur: estque & vera, & congrua loci sententia. Nam eodem modo loquitur Petrus 2. epist. cap. 1. 7. *Accipiens enim a Deo Patre honorem, & gloriam voce de lapsa ad eum huiusmodi: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacet*. Hoc tantum habet incommodi, quod dicitur alicui traicere sit, & vniuenti plena sententia. Operabit enim, vt ad solam Christi transfigurationem referatur, quam supra diximus patere longius. Itaque magis placet, vt cum nomine vniuenti, quod proxime ad hæreticos copuleret, sensusque sit: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti a Patre*, id est Patris aut eius, qui vniuenti a Patre genitus sit, vt Origenes tractat. 2. in Matth. Beda, & Euthymius intelligunt. Neque necessarium esse arbitror, quod plerique putant, vt aliquid subintelligatur, quod congruam efficiat orationem, aut participium *est*, vt quidam volunt. *quasi vniuenti*, qui a Patre sit, vt infra cap. 7. 29. *Ego scio enim, qui a Patre sum. & ipse vniuenti: aut ipse a Patre, qui a vniuenti, qui a Patre exierit*, vt cap. 16. 27. 28. *Ipsentem Pater a nat. vos, qui a me astitit, & credidistis, quia ego a Deo exiui, exiui a Patre, & veni in mundum, & cap. 17. 8. Et cognouerunt vere, quia a te exiui, & crediderunt, qui a me missi sunt. Hoc, inquam, aut aliquid aliud subintelligere necessarium esse non arbitror. Nam etsi non participium, sed nomen est, vt quidam argumentantur, tamen vim participij passiuum habet, quemadmodum si Latine vniuentam dicas. Nec enim minus dicere licet vniuentam a Patre est, quamuis vniuentam non participium, sed nomen sit, quam ille est ab illo alienus, id est, alienatus. Est etiam quidem iudicio aptior, efficaciorque sententia. At que ita D. Augustinus videtur interpretari in lib. contra epistolam Marth. cap. 37.*

Plenus gratia & veritate. Similis hic questio est, quomodo verba iungenda. Sed alia prius expedienda est, quomodo G. acc legendam. Nam omnes fere hunc codices in nominatiuo legunt *in vniuenti plenus*. Quam lectionem quidam sic exponunt, vt nominatiuus plenus ad lequentia, id est ad Ioannem referatur, sensusque sit, plenus gratia, & veritate Ioannes testimonium perhibet de ipso. Quod minor equidem illis in mentem venire potuisset. Quam multa vero philo-

sophantur, vt Ioannem probent recte plenum gratia, & veritate dici posse? Non dissimulo mihi odio esse istam in tractandis diuinis literis tam argutam, tam curiosam, tam audacem subtilitatem, vellemque eundem animum inducere in ceteros meum. Nihil enim periculosius, quam indulgere intemperanter ingenio: Nonne satis erit Catholicis hominibus nostrum inter pretem veritate aliter? omnes veteres auctores aliter exponere? Considerassent, quod statim ver. 16. sequebatur: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus*. Illud enim haud dubie plenum gratia, & veritate appellauerat, de cuius plenitudine dicit nos omnes accepisse, Non dicit de Ioanne, sed de Christo nos accepisse plenitudine, de qua ipse etiam se Ioannes accepisse confiteretur. Considerassent, quod dicitur ver. 7. *Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*. Illud enim vniuentum plenum gratia, & veritate dixerat, per quem gratiam & veritatem factam fuisse dicit. Quisnam ille fuit? Christus, an Ioannes? Obseruassent, quod qualibet vel mediocriter doctus obseruare potuit, nonnullos quidem homines sanctos, Beatam Virginem, Ioannem Baptistam, Stephanum gratia plenus appellari; plenum vero veritatis hominem putum neminem. Magis enim propria Christo veritas, quam gratia est. Nam gratiam quidem cum hominibus sæpe communicat; veritatem id est legum, ac promissionum impletionem nunquam. Solus ipse legum ac promissionum finis est. Reliquum igitur est, si ita legamus, vt nominatiuus *in vniuenti plenus*, referatur ad *ad hoc verbum*, hoc sensus: *Et verum caro factum est, & habitus in nobis, plenus gratia, & veritate*; & reliqua quæ medio spatio interiecta sunt verba, parenthesi legantur. Quo sensu & nostrum venisse interpretem manifestum est, quia enim neutro genere verbum dixerat, neutro etiam genere in nominandi casu dixit, *plenus gratia, & veritate*, tract. 2. in Matthæus, & qui quis auctor fuit hom. 2. ad diuersos, & Gregorius Nyssenus hom. 13. in Cantic. Augustinus lib. 13. de Trinitate, capite decimonono, Beda, & Euthymius interpretantur. Alij malunt paucos quoddam secuti codices in quarto casu legere *plenus plenus*, quorum alj ad verbum, alij ad gloriam referunt, vtrique ad verbum *in vniuenti* vidimus, repetentes verbum vidimus, scilicet verbum plenum gratia, & veritate, vt illi, aut vidimus gloriam eius plenum gratia, & veritate, vt Cyrillus, & Theophylactus, quemadmodum nonnulli existimant, interpretantur. Prima illa interpretatio Origens, & Gregorij Nysseni vera est: nec meliorem arbitror esse querendam. Reliquum est exponamus, quid sit esse plenum gratia, & veritate. Id auctor ille homilia 2. ad diuersos multis differt verbis. Non dubito, quin gratia Ioannes intelligit, de qua ver. 17. dicit, *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia*. Illa ergo omni gratia, quam omnes vnquam homines acceperant, ille plenus erat. Acceperunt gratiam redemptionis, gratiam, quam vocant gratiam facientem, varia Spiritus sancti dona, quæ gratia gratis datur appellatur. Omnes & aliz, quas nemini fortasse dedit, in eo fuerunt, & fuerunt cumulate, redundanter, affluenter, tanquam in fonte, tanquam in capite, vnde in riuulos, vade in membra deriuantur. Hinc intelligitur, quid discernimus inter illum, & Beatam Virginem eius matrem, Ioannem Baptistam, & Stephanum fuerit, quos etiam scriptura testatur plenos fuisse gratia, vel Spiritus sancti, Luc. 1. 15. 18. & Act. 6. 8. Primum quod maior, id est infinita in Christo fuerit gratia, in aliis finita. Illi enim non ad mensuram dedit Deus spiritum, Ioan. 3. 34. nobis autem secundum mensuram donationis Christi. Ephel. 4. 7. Deinde quod in Christo

Veritas Christi magis propria quam gratia.

Qui a deo terminis fuerit inter Christum, & sanctus gratia plenus.

pet

per se, & veluti natus, in aliis participatione tantum plena fuerit gratia. Pleni luminis esse dicimus, quod clarissimum est: sed aliter Solem, aliter quod a Sole multo collustratur lumine, plenum luminis appellamus. Plenum aqua mare, plena ex mari flumina; videtur quantum interit. Hec nos ruditer, dum scripturam doctis, in doctisque communiter interpretamur. Tractantur in scholis a Theologis subtilius, vnde hic afferre doctus, vbi discere indoctus lector debet. Veritatem quidam ad duas Christi naturas referunt, quod nihil falsum, nihil simulatum, nihil fictum haberet, sed vere esset, quod apparet, verus Deus, verus homo, vt Beda interpretatur. Alij ad doctrinam, vt Euthymius, quod vera docuerit. Verus sensus est, quem explicat Origenes, aut qui alius est auctor homil. 2. ad diuer. & Theophylactus hoc loco, vt veritatem Ioannes opponat figuris, & promissionibus veteris legis, quas omnes Christus impleuit. Itaque impletio ipsa, aut id quo implebantur veteres promissiones, atque figuræ veritas appellatur. Vt colligitur ex ver. 17. Lex, inquit, per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christum facta est: manifeste enim legi veritatem, id est impletionem opponit. Hoc est quod ait D. Paulus ad Roman. 15. Duo enim Christum Iesum ministrum fuisse circumisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Hoc est quod iterum ait 2. Corinth. 1. 18. 19. Fidelis autem Deus, quia sermo nostris, qui fuit apud vos, non est in illo, Est & Non, Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis predicatus est per me, & Syllanum, & Timotheum, non fuit, Est, & Non, sed Est in illo fuit. Quot quot enim promissiones Dei sunt, in illo Est, ideo per ipsum, Amen Deo. Intelligitur, opinor ex his locis, quid sit plenum veritatis. Venit filius Dei in hunc mundum quasi pecunia onustus: Galli dicerent, ayani de quoy payit; vt quidquid pro peccatis nostris, quidquid pro figuris, & promissionibus veteris testamenti debebatur, exsolueret, hoc est venisse plenum veritatis; Ecce, inquit, Dominus Deus in fortitudine venit, & brachium eius dominatur, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo, Isaia 40. 10. & 62. 11.

15. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens. Iudicium iustorum dicitur, & dicitur, & testatur de illo, & clamat, id est Ioannes huius rei testimonium præbet, qui clara voce interrogatus, respondit illum esse Christum, de cuius plenitudine omnes essent accepturi. Vero simile est nostrum interpretem vtrumque verbum præsentis tempore legitur iustorum, & dicitur, testimonium perhibet, & clamat, estque oratio magis emphatica. Quorsum hoc Ioannis testimonium nunc proferat Euangelista prima hoc loco quasi est. Sunt qui putent hæc verba illis veru 7. respondere, Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, quare explicare nunc velle, quodnam illud fuerit, de quo dixerat testimonium. Sic apud D. Thomam Alcuinum. Sed hiatus ipse tanquam spatij tenens satis indicat non bene tam distita inter se verba coherere. Præterquam quod, vt eo diximus loco, quod illic dixit, Hic venit in testimonium, non ideo dixit, vt de Ioannis ageret testimonio, sed vt discrimen inter Christum, & Ioannem ostenderet. Hoc autem loco satis apparet suscepto consilio de Ioannis testimonio disputare. Alia igitur hoc facta causa, quam Chryostomus & Euthymius indicant. Voluit, quod ipsemet dixerat Euangelista, verbum carnem factum fuisse, & inter nos gratia, ac veritatis plenum habitale, Ioannis Baptiste testimonio confirmare, testis apud Iudeos omni, vt vocant, exceptione maioris, Iudei, sacerdotis filij, prophete, tam denique sancti, vt Christus ipse crederetur,

A & contra seipsum pro Christo testificantis. Vnicuique enim, nedum viro bono contra se testanti credendum est. Et Ioannes cum Christus esse putaretur, & an is esset, fuisse interrogatus, confessus inquit, est, & non negavit, confessus est, quia non sum ego Christus, infra ver. 20. Huc opinor pertinet, quod clamandi verbo usus est, partim vt significet Ioannem non obscure, nō ambigue, non timide: sed palam, aperte, publice, & an is clarissima potuit voce testatum esse non se, sed Christum verum esse Messiam; partim vt ad Isaia testimonium alluderet cap. 40. 1. 3. Vox clamantis in deserto. Vt verbo ipso doceret Ioannem fuisse eum, quem Isaia vaticinatus esset ante Deum venturum fuisse. Quare credendum illi esse, vel propter Isaia testimonium, quando alia non esset causa. At enim quomodo hoc Ioannis testimonio, quod ipse dixerat Euangelista confirmat? Quid enim hoc illud, in principio erat verbum, & Verbum caro factum est? Multum omnino. Eo enim ipso, quod Ioannes testatus est Christum esse Messiam, qui venturus erat, de claratus esse Deum, & verbum illud, quod erat in principio apud Deum: talem enim Prophetæ futurum prædixerat. Et eo ipso quod dixit se vocem illam esse in deserto clamantis, qui ante Deum ad nos venientem venturus erat, docuit Christum esse Deum. Idem quod docet, cum dicit, Post me venturus est, qui ante me factus est. Quia prior me erat: plus enim, quam dixit, infuit, nepe se hominem tantum mortalem esse; Christum esse Deum.

Hic erat, quem dixi. Quando hæc verba Ioannes Baptista dixerit, ex v. 29. huius capituli satis constat, nempe cā digito venientem Christum ostenderet, dicens; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed narravit, hoc loco Euangelista per anticipationem. Verba autē quæ sequuntur, Qui post me venturus est, ante me factus est, dixerat ante, cū ipse putaretur esse Christus, & ante vera esset interrogaretur, vt Ioannes infra declarat ver. 23. 26. 27. & Matthæi capite 3. 3. & Marci capite 1. 3. & Luca cap. 3. 4.

Quis post me venturus est, ante me factus est, qui a prior me erat. Ego enim, qui venit, aut qui veniet post me, ante me factus est: est enim ego qui præteritis temporis participium, sed positum pro futuro, vt nosse conuenit interpres quia cum hæc Ioannes dicebat, nondum Christus ad ipsum venerat, vt apparet Matth. 3. 11. Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. Et solet præteritum pro futuro poni, maximeque in hoc ipso verbo, vt Matthæi 17. 11. Elias quidem prius venit, id est venturus est, vt nosse etiam veritatis interpres. Loquitur enim hic non de aduentu Christi per natiuitatem in mundum, quā post Ioannem venisse dicitur, quia fide post illum mensibus natus est, vt graue sentiam interpretantur auctores. Epiphanius hæret. 69. Gregorius homilia 7. in Euangel. Ambrosius libro 3. de fide, capite 5. Beda, & Theophylactus. Non enim dixisset ego, qui veniet, sed ego, qui iam veni. Iam enim Christus natus erat, cum Ioannes hæc diceret: & tamen loquitur de futuro, sed loquitur de Christi prædicatione, ostensioneque. Tunc enim venisse dicitur, cum se mundo per prædicationem ostendit. Quemadmodum recte Chryostomus homil. 12. & Euthymius exponunt. Quasi dicat, ego illum prædicando præcedo, non quod illo maior, sed eo ipso, quod illo minor sim. Propterea enim priusquam ille, veni, id est prior cæpi prædicare, vt tanquam eius minister viam illi præpararem, quia vox clamantis in deserto eram, ille Christus, ille liberator, quem voce ea prædicabam, quia ille Dominus, ego angelus ante faciem eius missus, Mala. h. 3. 1. Melior etiam hic sensus est, quam ille Cyrilli cap. 19. qui interpretatur, post me venit, aut

aut venturus est, id est in minore apud homines habetur honore. Sicut dicit, ante me factus est, id est mihi prælatum, maiore, quam ego habitus honore. Quasi dicat, est nunc mihi hominum opinio postpositum, paulo post cum sese magis patefecerit, antepositum. Non enim dixisset de deo, qui post me venit aut venturus est: sed de deo, qui post me factus, id est qui mihi postponitur, sicut dixit de deo, qui post me venit, ante me factus est, id est mihi prælatum. Alludit ergo Ioannes ad consuetudinem feruorum, qui non tollent dominos suos præire, sed sublequentur, & quasi proprio nomine vocauerit. Tanquam si dicat, etiam si ego præter consuetudinem feruorum præcedo, ille sequitur; nolite existimare me dominum, illam seruum esse. Contra enim se res habet, ego seruus sum, ille dominus: sed præcessit illum, quemadmodum solet etiam aliquando seruum dominum præcedere non honoris, sed ministerij causa, vt viam expleret, vt parat hospitium. Quod quidam obseruauerunt principium de ego, qui venturus est, proprium epitheton esse Melchiz, qui venturus simplicitate, & quasi proprio nomine vocaretur, vt Marthæ 11. 2. Tu es qui venturus es, an alium exprimit, vt verum sit, tamen non est ad hunc locum accommodatum. Perierit enim antithesis inter ego, qui venturus est, & ego, qui post me venit, ante me factus est, in qua tota vis atque sententia consistit. Præterquam quod Christus venturus dicebatur, quia de cælo in terras per humanam generationem venturus erat, & paulo ante probatum hoc loco non de humana generatione, quæ iam facta erat, sed de prædicatione agi. Difficilius quod sequitur, ante me factus est. Ariani verbum venturus, factus est, arripiebant, vt creaturam esse Dei huius comprobarent, quemadmodum similibus locis abutuntur. vt dicitur ex Athanasio orat. aduersus Arianos, ex Hilari. l. 2. de Trinitate, ex Ambrosio libr. 3. de fide cap. 5. ex Epiphanijs hæret. 69. ex Theophylacto, & Ruperto in hunc locum. Sunt, vt refert Chryostomus qui hoc ad diuinitatem referant, quasi dicat, ante me factus est, id est ante me erat, ante me fuit: hoc enim potest etiam verbum venturus significare. Ante me autem erat, quia Deus erat, quia in principio erat verbum, vt interpretatur Epiphanius. Origenes vero ante me factus est videtur exponere, mihi ante notus erat, etiam si sese aliis nondum ostendisset. Ego enim, & omnes, qui vnquam fuerunt Prophetae, de plenitudine eius accepimus. Verus sensus est, quem Chryostomus hinc, Augustinus tractatu 3. Ambrosius li. 3. de fide cap. 5. Gregorius hom. 7. in Euangelia, Beda, Theophylactus, Euthymius & Rupertus tradiderunt, plus honoris, & dignitatis, quam ego consecutus est, mihi est antepositus. Idem enim est, Ante me factus est, atque quod apud Matth. cap. 3. 11. dicit, Fortior me est, cuius non sum dignus calcamenta portare. Et, vt multi notauerunt, non dixit, sed me, sed ego, qui post me veni, præpositio autem ego, qui post me veni, in sacris litteris reperitur tempus significare. Præterquam quod minus apta redderetur causa cur ante ipsum factus esset, quod prior illo esset. Nam si priorem esse significat tempus, tautologia est, ante me fuit, quia ante me erat: si significat meritum, & dignitatem, inepta ratio est, ante me fuit, quia prior dignitate, & merito me erat. Poterat quippe potior esse tempore, & dignitate prior. Sicut erant nouissimi primi, & primi nouissimi. Ineptior si dicamus, quod Ariani dicebant, verbum venturus creationem significare. Quæ enim ratio esset, vt Chryostomus, Ambrosius, Theophylactus argumentantur. Ante me creatus est, quia prior me. Si enim ante factus erat, ante vique erat. Ille igitur, quem explica-

timus, verus est sensus. At hinc ipsum sensum non eodem modo omnes intelligunt. Sed alij ad futurum referunt, quasi præteritum pro futuro Prophetarum more positum sit. Agi enim de futura Christi apud homines gloria, post ipsius per prædicationem, & miracula declaratione, vt Chryl. & Cyrill. quasi dicat, ille creatus, ego minor, vt infra cap. 30. Alj ad declarationem in adoratione Magorum iam factam, quod nimis videtur esse subtile. Credo ego ad diuinam prædestinationem, ordinationemque referendum tanquæ dicat, ante me factus est, id est prædestinatus, designatus, constitutus est a Deo in maiore dignitate gradu vt Rex, vt Redemptor sit, cum ego Redemptoris tantum minister sim. Hinc intelligitur, quod neminem obstruere memini, cur non clarius simplicius, & breui dixerit, maior me, aut dignior me erat: quia voluit nimirum significare Christum non vltimæ dignitate illum, sed a Deo in ea fuisse constitutum, vt dixerit D. Paulus ad Hebræos 5. 4. & vt ait Petrus Act. 10. 42. constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum, & D. Paulus ad Heb. 1. 2. quem constituit heredes vniuersorum. Loquebatur enim Ioannes de Christo non solum quatenus Deus, sed etiam quatenus homo erat, vt recte adnotant Ambrosius.

Quia prior me erat. Hoc etiam multi de tempore interpretantur, quasi sensus sit, propterea honore, & officio mihi prælatum est, quia prior me erat, quia maior natus erat, non si humanam, sed si diuinam spectes generationem, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et lolet maioris natiuitatis horum deferri. Ad hunc modum Epiphanius aduersus Ariomianitas, Augustinus Chryl. l. 12. Greg. hom. 7. in Euangelia, Beda, Theophyl. Euthym. Rupertus. Quod quia omnes dicunt non temere reiecerim: sed iudicet lector, num & hic sensus magno opere congruat, vt hoc etiam non de tempore, quod minus ad rem pertinet, videri debet, sed de naturæ præstantia intelligatur. Quasi dicat, propterea mihi prælatum est, quia te ipsa, ac natura tua multo præstantior, multo maior, multo melior me erat. Mihi quidem placet, etiam auctorem non inuenio nisi malum. Confirmatur enim sequentibus verbis. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Melius quippe hæret, quia de plenitudine eius se accepisse dicat, quia maior, quia de plenitudine gratia erat, quam quia tempore prior. Si tamen Baptistæ sunt verba, de qua te statim disputabimus.

16. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Primum hic disputatur, cuius hæc sint verba, Ioannis Baptistæ an Euangelistæ. Multi auctores Baptistæ esse putant Origenem, Athanasium in l. br. de incarnat. verbis, Augustinum, Chryostomum in homilia 13. Theophylactum, & Rupertum. Neque video, quid magno opere repugnet. Nam quod quædam afferunt, quæ sequuntur Euangelistæ certe verba esse, v. 8. Deum nemo vidit vnquam, minimi habet ponderis. Cur enim illa ipsa verba Baptistæ esse non possint? Et vt Euangelistæ sint, cur hæc Baptistæ non sint? Quid enim obstat, quo minus Euangelista ab illis verbis, Deum nemo vidit vnquam, orationis sue filium resumpserit. Aliquantum tamē mihi videtur probabilius, vt Euangelistæ sint. Non ob eam quidem causam, quæ alij afferunt, sed quia sententia explicationem. Nam si Baptistæ sint, non videntur intelligi posse nisi de Ioanne, cæteri que Prophetis, qui Ioannem præcesserant, & de verbo ante incarnationem: cum multo maiore in omnes homines gratiam incarnationem iam verbum effuderit. Et apparet quam latè sine patere sententiā. Accedit, quod statim sequitur, Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, quibus verbis apparet de sola gratia noui testamenti esse sermonem. Cum ergo Euangelista dixisset, & habitauit in nobis, plenum gratia, & veritate, pergit nunc de eadē agere plen-

Chryl. 19. mi veni expojit.

Matth. 19. 30. & 10. 16.

Ariano: 8. expojitio iudicia.

Nom. h. 28. verba sicut Euangeli. sta.

plenitudine, docetque nos omnes de illa accepisse, vt A Chrylof. postea dicit probabiliorē hā opinionem indicans, & Gregor. lib. 4. comment. in lib. 1. Reg. c. 9. & Beda, Euthym. & Zacharias Chrylopolitanus in comment. De sensu non minor quæstio. Nam qui Ioannis Baptiste verba esse putant, fere existimant hunc esse sensum. Ego, & omnes alij Prophetæ. qui ante me fuerunt, si quid gratiæ, si quid prophetici habuimus spiritus, ab eo accepimus, qui Spiritu sancto, & gratia plenus erat. Sic Origenes, Theophylact. & Rupertus. Sed iam docuimus hæc verba esse Euangelistæ, & vt Baptista sint. non possunt mea quidem sententia eam interpretationem pati, quia de verbo iam incarnato loquitur, quod dixerat Euangelista plenum gratiæ, & veritas in nobis habitasse, & debet Baptiste testimonium, quod ad id confirmandum adducitur, de eodem intelligi, & illud, omnes, potius pignores iudeos, quibuscum Ioannes loquebatur, quam iam mortuos Prophetas ostendere credendam est. Qui Euangelistæ verba esse dicunt, omnes exponunt Euangelistam dicere, & cæteros Apostolos, omnesque Christianos quidquid vnquam habuerunt gratiæ, ab eo accepisse. Illud recte ad quibusdam obleruatum phrasim illam, De plenitudine eius nos omnes accepimus, multiplicem emphaſin habere. Primum quidem indicare neminem præter Christum vllam nisi acceptam, & participatam gratiam habuisse. Deinde neminem eam ipsam ab alio accepisse, quam à Christo. Præterea neminem tantum accepisse gratiam, quantum Christus habebat: non enim dixisse plenitudinem, sed de plenitudine eius nos omnes accepimus. Denique significari plenitudinē illā Christi omnibus sine discrimine hominibus exposuissē, vt quicunque vellent, de illa acciperet, apertum fuisse omnibus in exhaustum illum fontem, vt quicumque vellent, haurirent. Omnes, inquit, si vultis venire ad aquas. Cūr ergo non dixit, De plenitudine eius omnes accipiunt, vt omnes etiam futuras comprehendere et ates, sententiaque fuisset vberior, sicut dixerat vsq. 9. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Si Baptiste verba sunt, non difficilis est ratio, quia tantum gratiæ habere videbatur, vt Christus esse patetur, dixit multo plus habuisse Christum, à quo ipse, & omnes accepisset. Si Euangelistæ, minus quidem clara, sed tamen similis est ratio. Loquebatur enim tāquam Apostolus, & tanquam Euangelista: & loquebatur cū iis, qui Apostolum eum credebant esse, eiuſque gratiæ & spiritum admirabantur. Cōfiteatur se cum omnibus alijs, quicquid haberet, de Christi accepisse plenitudinē. Quem admodum si vir doctus, cuius omnes eruditionem admirantur, vt alium multo se doctiorem esse significet, se illius discipulum esse fateatur: ab eo, quidquid sciat, didicisse.

Et gratiam pro gratia.] Locus & pet se, & sententiarum varietate difficilis. Primum, quam vim habet coniunctio illa, & quod à nemine explicatum memini. Videtur enim indicare cum dicit, & gratiam pro gratia, præter gratiam aliquid aliud ab eo accepisse. Si hæc particula non legatur, nullus quæstioni locus est. Et quidem Beda indicat in plerisque cōdicibus non legi. Sed quia omnia nunc Græca, Latinaque legunt exemplaria, vt etiam D. Augustinus monet, explicanda vis eius est. Cogor proprijs vt coniecturis in propria quæstione. Triplicem vim videtur habere posse: vnā, vt sit eīzōnōdō, explicatiua, vt sæpe alijs; quasi dicat, de plenitudine eius nos omnes accepimus, scilicet gratiam pro gratia. Alteram, vt sit emphatica, significatiue nos à Christo non solum doctrinam, non solum legem Euangelicam, sicut olim Iudeos à Moyse legem veterem: sed etiam quod amplius est, gratiam accepisse. Atque hunc sensum confirmat, quod statim se-

quitur, quia lex per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Tertiam, vt sit aduersatiua, quasi dicat, omnes accepimus, sed gratiam pro gratia, vt paulo post sumus explicaturi. Omnis inter interpretes quæstio est, quid sibi velint hæc verba gratiam pro gratia. De quorundam interpretatione, qui exponunt gratiam pro gratia, id est gratiæ, aut gratiam in dō pro natura, sed pro gratia, & vt illi dicunt, sub ratione gratiæ, nihil dico gratius, quam esse subtilem. Alij vero gratia Christi, quæ plena & immensa erat, gratiam non immensam, sed ad mēsuram acceptam. Quemadmodum Zacharias Chrylopolit. & nonnulli recentiores interpretes intelligunt. Leontius in commentarijs ad hunc locum inaudiat in interpretationem, gratiam vocari statum illum, quem Christus inspirauerat in Adam, cum illum ex terra formasset, Gen. 2. 7. Pro ea igitur gratia, id est pro eo statū, meliorem in Apostolos statum, gratiamque in illis infundendo inspirasse in c. 2. 12. Alij gratiam huius vitæ per fidem, & caritatem, pro gloria alterius, quæ quæ ex gratia proficitur, etiam vocatur gratia. Sic Augustinus hoc loco, & lib. de corrept. & gratia, cap. 13. & lib. de gratia, & libe. arb. c. 8. & tract. 3. & 13. in Ioan. & Bern. serm. 5. de assumpt. & Beda in comment. Alij gratiam, id est legem Euangelicam, quæ quia gratiam nobis attulit, gratia vocari solet, pro lege veteri, quæ suo quodam modo, quia homines inuabat, gratia dicebatur. Sic Chrylof. Cyrillus, Nonnus poetia, Leontius, Theophylact. Euthym. Rupertus. Et quidem si in illa veterum auctorum interpretatione standum est, in hac vltima sententia standum est. Valde enim videtur proximis verbis confirmari, Quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Illud me valde alioqui amantem antiquitatis, quo minus loquerer, memoratur, quod veterem legem vocari gratiam nūquam inuenio; gratiæ vero oppositæ quænter lego apud D. Paul. Rom. 6. 14. 15. & hoc ipso loco qui in hanc sententiam citatur, manifestum est gratiæ legem oppositū, Lex per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Quæ ergo modo eodem in loco gratia lex vocari potuit? Quod si huius loci gratia vocaretur: tamen hic sententia ipsa postulabat, vt gratiæ opponeretur: id enim agebat Ioannes vt veterem legem extenuaret, nouam commendaret. Non extenuasset profecto legem veterem, sed nimis honorifico ornasset titulo, si gratiam appellasset. Placuit mihi longo tempore, quod nescio vnde incerto auctore didici, gratiam pro gratia, id est omnem gratiam, aut cumulatam gratiam. Quo sensu non dubito intelligendum illud Iob 2. 4. Pelle pro pelle, & curia, quæ habet homo, dabit pro anima sua, id est omnem pellem, omnes facultates suas, vt statim exponitur, quæ tunc in pellibus, & pecudibus sitæ erant. Quemadmodum si Latine dicas, Accipimus gratiam aliam super aliam, id est cumulatam, vt quam frequenter sume loqui solet Linius. Existimabam enim Ioannem Hebraicum imitari voluisse, quasi dixisset: וְתִתֶּנְנִי חֶמְדָּתִי לְעַבְדִּי גְרָמָהּ, gratiam pro gratia, aut super gratiam, proculdubio cumulatam gratiam significasset. Et exemplum non ab simile in sacris litteris inueniebam, à domo 3. 15. & percutiam, וְתִתֶּנְנִי חֶמְדָּתִי לְעַבְדִּי חֶמְדָּתִי, hemyalem supra domum estinam, id est omniam domum. Cæpit mihi postea displicere, & quia animaduerti, si id Euangelistæ dicere voluisset, non fuisse dicendum: וְתִתֶּנְנִי חֶמְדָּתִי לְעַבְדִּי חֶמְדָּתִי, & quia melior mihi visus sum inuenisse, in quam animus meus penitus conqueuit. Credo igitur hanc esse sententiam, Accipimus gratiam pro gratia, id est non omnes eandē, sed diuersi diuersam. Est eam quam vnus accipit, non semper accipit alius, tamē loco eius accipit aliam, diuisiones enim gratiarum sunt,

sum, item autem spiritus, & alij quidem per spiritum datur sermo sapientie: alij autem sermo scientie secundum eundem spiritum: alij vero scientie in eodem spiritu: alij gratia sanctorum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij generalis linguarum, alij in interpretatio sermorum, 1. Cor. 12. 4. 8. 9. 10. Hoc est gratiam pro gratia, & ad Rom. 12. 3. 4. 5. 6. 7. Vn cuique sunt. Deus diuinit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministranda, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur, in exhortando, qui trinitus in simplicitate, qui praestit in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate, & ad Ephes. 4. 7. Vnicuique nostrum datur est gratia secundum mensuram donationis Christi. Hoc inquam est, gratiam pro gratia. Ita que hæc verba duobus præcedentibus verbis respondent, verbo plenitudinis, & verbo omnes. Quia n. dixerat nos de plenitudine eius accepisse, in dicens partitionem quantum ad eius plenitudinis inter homines, quæ per præpositionem illam, de significatur, id est, non ipsam nos plenitudinem accepisse, sed ex illa alios vnā rem, alios aliam alios plus, alios minus: addidit quasi id explicans, gratiam pro gratia, id est, alius vnā aliam pro illa aliam accepit. Similiter quia dixerat omnes accepisse, me aut idem, aut equaliter accepisse putarent, adiūxit, gratiam pro gratia, id est, non quidem eandem omnem, non omnes equalem; sed alius vnā, alius pro illa non semper illam, non semper equalem, sed aliam, aut maiorem, aut minorem secundum mensuram donationis Christi. Quare conuenit illa, & vt ante attigimus, idem significare potest, quod quibusdam, & vt autem quod, sed: quod est apud Hebræos vnicuique, vt in sententiis consequens, & sponte fluens de plenitudine eius nos omnes accepimus, sed diuersam gratiam: alius quidem sic, alius vero sic, vt postea dixit D. Paulus.

17. Quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.] Hæc etiam verba putat Origenes esse Baptiste vsque ad illa, ipse enarrauit nos. Probabilius, quod alij omnes dicunt, Euangelistæ esse, præsertim si superiora, vt diximus, illius sunt: eiuſdem enim auctoris esse manifestum est. Quorsum autem hoc addat, nonnulli quaerunt. Sunt qui putent Euangelistam sicut prius cū Ioanne Baptista, ita nunc cū Moyse Christum comparare, vt eius supra omnes homines præstantiam ostendat, vt Cyrillus ait. Comparat quidem, sed aliud opinor agendo: nec enim id ipsum agit, vt comparat. Qui superiorum verborum sensum esse dicunt, accepisse nos gratiam pro gratia, id est legem nouam pro veteri, hæc verba tanquam eorum explicationem addita esse putant, vt vnus pro omnibus Theophylactus declarat. Si nostra in eum locum interpretatio vera est, causa hic redditur, quamobrem dixerit Euangelista: De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia: poterat enim aliquis dicere, Quod ergo, non antea gratia non erat? Respondet nondum fuisse allatam, nondum eius locum patefactam. Nam lex quidem data erat, gratia non erat. Dimouet Ioannes homines à lege, in qua valde Iudei confidebant, & ad Christum auctorem gratiæ traducit. Magna in singulis verbis vis est, quæ per quatuor antitheses explicatur. Prima est inter gratiam, & legem, quasi inter animam, & corpus. Lex quasi mortuum corpus erat, littera, inquit, occidit, pondus fere inutile, quod onerabat, non roborabat, iubebat, non iuuabat, quod tam sæpe dicere solet Augustinus, Lex propter transgressiones posita est, ad Ga-

lat. 3. 19. & per legem cognitio peccati, non remissio, quin potius concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupiscis: Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: sine lege enim peccatum mortuum erat, Roman. 7. 8. & Lex subintravit, vt abundaret delictum: vbi autem al undaui delictum, superabundauit & gratia, Roman. 5. 20. Gratia vero anima legis est, quæ vigorem illi, vt seruati queat, imprimit. Spiritus autem viuificat: &, Lex, inquit, spiritus vite in Christo Iesu liberauit me à lege peccati. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleteretur in nobis, qui non seruamus carnem ambulantes, sed secundum spiritum. Roman. 8. 2. 3. 4. Quod in prima hominis formatione Deus fecerat, hoc in secunda eius reformatione fecit. Primum dedit Adam corpus inane, deinde animam adiecit: & hominibus reformandis prius dedit legem, deinde tradidit gratiam. Non prius quod spiritus est, sed quod vnus est. Corinth. 15. 46. Secundum autem illi est inter veritatem, & eandem legem. Cum enim in lege dux potissimum fuissent partes, præcepta decalogi, & ceremonie, atque figura rerum futurarum: præceptis gratiam, ceremonijs, atque figuris veritatem opponit, vt Chylof. stomus hom. 13. Cyrillus. Leo in sermone de transfiguratione, Beda, Theophylactus, exponunt, Vmbra enim habens lex futurorum honorum, non ipsam imaginem reus, Heb. 10. 1. & nihil ad perfectum adduxit lex, Heb. 7. 19. Tertia est inter Christum, & Moysen, quasi inter dominum, & seruum: inter legislatorem, & præconem legis. Præconis est legem proclamare, promulgare: legislatoris dispensare, quod est, vt inquit Augustinus, soluere à reatu legis, id est gratiam facere, vt Latini etiam eodem sensu loquuntur auctores. Prætulit, vt notat Cyrillus, Euangelista Christum duobus præstantissimis, & perfectissimis virtutibus Ioanni, & Moyse, vt appareret verum esse, quod Dauid dixerat Psal. 88. 7. Quis in nubibus aquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei? Quarta est inter facere, & dare. Moysen non dixit fecisse, sed: dedit ille legem, indicans eum non auctorem, non legislatorem, sed ministrum legislatoris fuisse: de Christo autem non solum dixit dedit, sed etiam fecisse gratiam: quia Moyses acceptam ab alio, id est à Deo legem, & quibus tradere iubebatur: tradidit: Christus gratiam non accepit, sed fecit, quia ipse fons erat gratiæ, vt Chylof. & Theophylactus animaduertunt. Cadent commode in hunc locum August. verba tract. in Ioan. 3. Per se nemo lex data est, reus fecit: per Imperatorum indulgentia data est, reus liberatus. Lex per Moysen data est, non sibi aliquid amplius seruus assignet, quam quod per illum factum est. Electus ad magnū ministerium tanquam fidelis in domo, sed tamē seruus: agere secundum legem potest: soluere à reatu legum non potest. Lex ergo per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.

18. Deum nemo vidit vnquam.] Quorsum hæc Augustinus, & Beda respondent, & forte aliquis dicat, Et gratia, & veritas non est facta per Moysen, qui Deum vidit, subiecit, Deum nemo vidit vnquam. Quæ responsio ideo non satis videtur apta, quod ratio cur gratia, & veritas per Moysen facta non sit, non est, quod Deum ille non viderit. Nam vt maxime vidisset, quod potuisset tamen gratiam, & veritatem facere. Chylof. stomus, & Theophylactus, videntur hoc solum nomen veritatis retinere, quasi ratio his verbis reddatur, quare non Moyses, sed Christus veritatem nobis attulerit, quia nimirum Moyses Deum non viderat: itaque non poterat veritatem eius nobis discere explicareque enarrare: Christus qui solus viderat,

ad Ro. 2. 20.
1. Cor. 2. 6.
Tract. 3.
lib. 1. c. 12.
T. poterat.